Πίπω, fut. πάπομαι. Doricè, visitatum est pro  
πάσσωμαι, à πάπω. Dores enim futura circunflectunt  
in omni conjugatione: pro πάπω dicentes πάπω,  
vnde futu. medium πάπονθα. Præteritum πάπονθα,  
à πάπω, Aorist. primus. εīπάσσω. Aorist. secund. εīπαθον,

à τετρά. At τέταρτη tercia pluralis est aoristi primi, pro ἐπένδυσι, per syncopen: γέγονος, εῖσεν.

πέμπτη, futurum πέμπτω: præteritum πέμπτη, à πέμπτω, Aoristus secund. ἕπον, à πέμπτω. Imperatiuus πέμπτη: nam legitimū πέμπτη asciscit pleonasnum syllabæ διπλοῦ, deinde crasis in longum fit πέμπτη. Futurum secundum medium πέμπτη pro πέμπτη, ut πέμπτη, & ἔπειρη, pro φαγούμενοι, ἔπειρη.

πέμπτη, futurum πέμπτη: Aoristus secundus medius πέμπτη, à πέμπτη. Præteritum passiuum πέμπτη pro πέμπτη, ut etiam ἔφυκτος pro ἔφυκτος, elidendo ex diphthongo.

πρέπω, facio, fut. πρέπει, præt. πρεπέχω. Sed πρέπω, vendo, futur. πρέπω, præt. πρεπέχω. Sunt vero in quarta coniugatione que eadem significatio duplex tamen habent futurum: ἀπαζέω, βιβάζω, ευεξάζω, παῖσθω, συλπίζω ζω, &c. &c.

πέμπτη, futurum πέμπτω, & ἔπειρη, à πέμπτη: præteritum ἔπειρη. Aorist. secundus actiuus ἔπειρη, à πέμπτη: aut secundus passiuus à πέμπτη. etiam si πέμπτη circumflexum definit in a purum. Composita sunt ἔπειρη, διπρέπη, per geminum nam vt augmentum syllabicū duplicat, ita & præpositio finita in vocalem: πέμπτη, ἔπειρη, πέμπτη, πέμπτη, καταπέμπτη: πέμπτη, οὐει, πέμπτη pro inde καταπέμπτη fit à verbo πέμπτη, καταπέμπτη. Sed καταπέμπτη (nam utrumque inuenitur) venit ab αρση, καταράσσω, per unum p: pro quo & αρση dicitur: unde οὐαπέμπτη. nam οὐαπέμπτη à πέμπτη.

πέμπτη & πέμπτη, fut. πέμπτη, à πέμπτη. Aorist. secundus pass. πέμπτη. Præt. med. πέμπτη pro ἔπειρη, siquidem

dem hoc verbum pro "capit sāpe a, sic διέπομας  
διεργάτης: ut etiam dicitur ἀρσης, pro ἔπης.

πέμπτη, & πέμπτη, fut. πέμπτη: à πέμπτη. Præt. actiuum  
ἔπειρη: passiuum, Plusquam perf. πέμπτη, Imperat.  
ἔπειρη, επέιρη, infinitiuus ἔπειρη.

Σειρήν & οβέρνη, futurum, σειρήν, & οβέρνη, à σειρήν. Aorist. secundus σειρήν, à σειρήν. aut est Aoristus secundus passiuus à σειρήν, secundus Aoristus actiuus ἔσειρη, passiuus ἔσειρη.

Σειρήν, Aoristus primus ἔσειρη per a purum: Aoristus passiuus ἔσειρη pro ἔσειρη.

Σπινθή, futurum πεπίσθω, à σπινθή, quandoq; Aeolicè pro subiunctiu vocali consonans, πεπίσθω, σπερίσθω: κενθέτω, φύνθετω.

Σωίη, intelligo Aor. prim. σωίη, & Atticè ἔσωη per geminum augmentum, vt λεύχλουν, & similia. Aoristus secundus σωίη. Imperat. σωίη. Particip. σωίης. Atticè autem ξωίη, ξωίη, ξωίη, ξωίη, ξωίη. vt pleraque alia communiter per σωίη efferuntur, Atticè per ξωίη: σύνοικος, ξωίηνος.

Συρρήγνυμ. cōpositum à σωίη & ρήγνυμ. Quomodo vero se habeat σωίη in cōpositis, docere possūt subiecta exēpla βάνω, συμβάνω, γράφω, συγγράψω: ζάω, συζάνθημω, συγκάμινω: λέγω, συλλέγω: μανθάνω, συμμαθάνω: παίζω, συμπαίζω: ρέω συρρέω: σείω, συσείω: σέλλω, συσέλλω, ουμι, συμφυμι, χέω, συγχέω: θυμίζω, συμθυμίζω. Idem indicium de mutatione v in præpositione ἐν, βάνω, συμβάνω: γράφω, ἐγγράφω: & cetera: nisi quod ante σωίη mutatur, v. σείω, συσείω: συμβάνω, συνσυμβάνω.

Τέμνω, fut. τυμπάνη à τημένω: Aorist. secundus ἔτε-

μον vel ἔτεμον. Participium ταῦταν vel τημάν.

Τέττω, fut. τέξω α τέκω. Præt. med. τέτονται. Aorist. secund. ἔτενον per ε: nam secundo aoristo vertit ε in α, id fermè fit præsente aliqua immutabili, δέπω, ἔδαρον: ταλέντα, ἔπλακον.

Τιμόστω, futurum πρώτων α τρίτων. Sæpe Barytona quoque habent reduplicationem: δράω, διδράσκω, μνάσθιμυ μνήσκω.

Τρέχω, futurum θρέξω per ε, Præterit. δεδράμψα α δραμέω Aoristus secundus ἔδραμον, α δρέμω. futurum secundum medium, δραμψία.

Τράγω, Aorist. secundus, ἔφαγον. α φύγω. Fut. secund. mediū φάγομαι. pro φαγόμαι ut ἔδομαι, & πομαι.

Τυγχάνω, fut. τενέχομαι α τενίχω. Aor. secund. ἔτυχον. Præteritum τετύχηα α τυχέω. At τέτυκται, tertia præteriti passiti pro τέτυκται, α τενίχω. vide in ἀρχιτος.

Τιμάχεμαι, futurum τιμάχομαι, præteritum τιμάχημαι. Aorist. primus τιμάχειλα. Aorist. secund. med. τιμάχημαι ab τιμάχομαι. At futurum τιμάσιομαι ab ινφίσαμαι. Aoristus secund. ιντέσια.

Φάναι, dicere, præsens φανί, φάναι vero per ε, primus Aoristus α φάναι. pro quo & φλᾶι, φτορῆαι, vt φλᾶαι, φιλᾶαι.

Φέρω, futurum φέσαι ab φέω. Aoristus primus λιγά: secundus λιγενον ab ενέγκω. Præteritum medium Atticum ενίνοχα, διενίνοχα, ab ενέχω. Aoristus primus passiūs ινέχειλα, participium ενέχεις: sic ενερέπω, ενενίγκειλα, ενενέχεις refocillatus. Cæterūm per syncopen dicta sunt, εφει φρει, φέρω φρῶ: vnde εφει, imperatiūs, secundus Aoristus φρέ, εισφει, ἔκφει,

ἔκφει, vt δε. Aor. prim. ἔφησα. Fut. φρίσω, εισφρίσω.

Φέάνω, futurum φέάω, α φέω. Aoristus secundus ἔφθειλα α φέημα. Optatiūs φέάιλα.

Φέίνω, futurum φέίσω, α φέίω. complura in νω, dum tempora formant, negligunt ν: φέάγω, φέίγω, φέίω, tanquam φέάω, φέίω, φέίω.

Φέω. Futurum φέσω. Aoristus secund. ἔφει, α φέμι.

Χαίρω, fut. χαρίσωμαι. Aoristus secundus passiūs εχέρπιαι α χαρίσαι.

Χαίσκω, futurum χανοῦμαι. Præteritum med. κέχνω: Aor. secundus εχανορ α χαίρω.

Χέω, futurum χενσω. Aor. primus εχει. Imper. χέσον, ενχειον. Infinit. χειαι, ενχειαι. Aorist. secund. εχει. Futurum secundum χεω, ενχει.

Χρή oportet α χεῖμι per apocopen χεη, απόχεη. Imperfectum εχειλα & χειλα. Infinitiuus χειναι.

Ωθέω, Futurum οθω: Aoristus primus Atticè έθεια. Præterit. pass. οθωμαι, ab οθω.

Οταν pro ο εταν, ετης, amicus vnde εταν, vt ερμην, ερμαν: μεγιστος, μεγιστην, οταν. sed synalcephe contrahit in οταν.

Rimantibus verborum themata, præcipuum sit vt in promptu, & tanquam ab oculos habeat coniugationem τυττω, ποτεω, τιθημι, ac singulorum temporum exactè norint terminaciones. Deinde memores quomodo formetur tempora. sensim ascendant, donec statuendum sit præsens. Participium οφθησόμενος, α Futuro primo οφθησομαι. Aoristus primus άθειλα. Tertia præterit. passi. άθειαι, prima άμημα. Præterit. actiuum esset άθεια.

Futurum. ἔτοι. igitur præsens ὄτα, ὄπα, ὄρα, ὄπη : ὄτε·  
μα, ὄπομα, ὄρομα, vel ὄπομα : sed adhibitum Lexi-  
con commonstrabit ὄπομα.

## ACCENTVS

**A**ccentus acutus afficit vltimam syllabam, penultimam, aut antepenultimam: circumflexus vltimam, aut penultimam, grauis, vltimam tantum. Dictionibus autem quæ sic vel sic notantur, huiusmodi tribuerunt vocabula:

ἄσθιον,	ἀξύτονον, acutus in vltima.
λόγος,	ἀρρενώποιος, acutus in penultima.
τύπομεν,	τριπάτεύτονον, acutus in antepenult.
ποιῶ,	πεισταμένον, circumflexus in vltima.
βοῶτε,	προστατάμενον, circumflexus in penult.
τίμη,	βερυτοῖον, grauis in vltima.

Grauis in omni syllaba intelligitur quæ nec acuitur nec circumflectitur: at signatur solum vltima. Nam vltima acuta sit grauis ob consequiam dictionis, θέος μαῖαν. Excipe τις interrogatiuum: τις ἐπόμενε;

Casum & personarum accentus fermè manet in eadem syllaba, ὄλόγος, Ὄλόγου, πολέμως τύπω, τύποις, τύποι. Quando autem mutetur accentus aut ē loco migret, sic est accipiendo. σῶμα, σώματος, in ὁ, quia in antepenultima non circumflectitur: σώματα, σώματων. Vltima si fuerit longa, non acuitur antepenultima, Excipe Attica. μελέω, ταξιώ, & similia. Bodere, βοῶτε: ἐς in ὁ. ex acuto, & graui sit circumflexus. excipe τις Λιτός, Λιτός: & τὰ νόοις, νόοις, & νόοι, νόοι, ab ἐγώ. dualia enim in ὁ semper

semper accidunt, etiam contracta. εἰσαῖς, εἰσαῖς, non εἰσοι: ex graui & acuto non fit circumflexus. εἰσως, εἰσῶτος: longa ante finalem brevem circumflectitur. εἰσώτες, εἰσώτων: longa ante finalem longam acuitur. Ηρακλῆς, Ηρακλέως: brevis non est capax circumflexi, nec item longa positione, sed naturā, σῶμα, τεῖχος, βοῶτε, βοῦς.

Diphthongi finales α & ο in accentibus habent breues, μεσαι, αὐθεποιοι. Excipe adverbium ὅποι δόμι, (nam, οἵοι) nomen plurale & optat. μενόσαι fecisset. At τις μόνοι. Infinit. Aoristi primi actiui molinou autem imperatiuu Aoristi primi mediij:

In declinationibus parisyllabicis circumflectuntur. Genitiui & Datiui, licet reliqui casus accidunt: ὁ ποιητής, τὸ ποιητή, τὸν ποιητῶν, τοὺς ποιητούς, τοῖς ποιηταῖς. Idem iudicium de genitiuo duali & plurali quintæ declinationis ιχερ, της χειρός, ταῖς χειροῖς, τοῖς χειραῖς.

Substantiuorum primæ & secundæ declinationis genitiuus pluralis circumflectit vltimam. ὁ Αἰγαῖος, τοῦ Αἰγαῖον, non Αἰγαῖοι: η Μουσα, τοῦ Μουσῶν, non Μουσοι. Adiectiva verò secundæ declinationis, à masculinis tertie, genitiuum patrem habent masculino: ὁ ἀγιος τοῦ ἀγίων ἀγιος, τοῦ ἀγίων. Quod si masculinum sit quintæ, vltima genitiui foemini circumscribitur, τὸ ιδεῖος, μελανος, τούπων, τοῦ ιδείων, μελανῶν, τυπόντων, η ιδεῖα, μελανία, τυπόσα: τοῦ ιδείων, μελανῶν, τυπόσων. in quibus etiam non eadem est penultima genitiui in utroque genere.

Quintæ declinationis genitiui, & datui di-

syllabi accentum sortiuntur in ultima nominatiui aūt accusatiui, & vocatiui, in priore: *χείρ, τῆς χειρός, τῆς χειρού, την χειρα, τῷ χεῖρε, ταῦν χειρῶν: αὶ & ὁ χεῖρες, οἱ χειρῶν, τὰς χειρού, τὰς χειρας.* Excipe participia δέται, δέντος, δέντι: *ἄν, οὐτος, δέντι, &c.* etiam *οὐδὲ παλιστον, οὐδὲ πάντων, τοις πάντοις.*

Circumflectuntur εὐ & ει finales: *βασιλεὺς, ἡ βασιλεῦν, πανταχοῦ, præter aduerbiū idem, ecce: at idem imperatiūs, ut πυντεῖ.*

Vocatiūs in ει à propriis in ει est *φροντιστήριος, ὁ Δημοσθένης, ὁ Δημοσθένες: ὁ Ηρακλῆς, ἕως, ὁ Ηρακλεῖς, craſi Ηρακλεῖς.*

Irregularia sunt. *ἡ μία, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τημιανοῦσσοτης, μιητέτης, ὁ δέωστα, μιητετα: Etiam ἡ μιητηρ, δυγάτηρ, τῆς μιητερος, δυγάτερος, non μιητερος, δυγάτερος.*

Particulæ α, ει, ου, ους, crebrò accentū retrahunt, *παιδεύτος, ἀπαιδεύτος: τακτος, εὐτακτης. κινητος, δυσκινητος.* Sic *ἐκαν, ἀκαν, & craſi ἀκων: λέγος, ἀλογος, εὐλογος, &c.*

Verborum & participiorum accentus obseruandi sunt in conjugatione verborū *τύπω, ποιέω, & τίθημι.* Præterita & aoristi priore longa servuant accentum in compositis: *εἰχον, κατεῖχον, ἔπει, ἐφείκατεῖχα, αφέμαν: ἤπα, σωματικα: præter οἴδα, σωμοίδα, non σωμείδα.*

Monosyllaba longa, relicta post apocopen, acuuntur: *χεῖρ, χειροῦ: post aphēresin autem circumflectuntur, ζειω ζειως, εεην: φιω, φης, φη: & μ, ν, η, ι: at breuiasunt acuta, εἰων, βάν.*

Quædam omnino carent accentu, *ο. ί, ει, ες, εικ,* *ειξιειξιειξιεικον.*

Inter-

Interdum præter accétum nativum (qui vnuſ est tantum in una dictione) asciscitur alter, propter dictiones encliticas, quæ proprium accentum remittunt ad præcedentem syllabam. Sunt autem enclitica, *τις, τινος, infinita, ή, πι, pro τινος τινι: εινι & φημι, toto præsente: μι, μοι, μεσου, σοι, σε.* Aduerbia infinitè capta, *ποδι, ποδευ, ποτε: πως, πῶς, πων: τε, γέ.* vt *ἥτις, εἰπυα, εἰπέμοι, σώμα σου, πηνε σέ μου.*

Persona ει, principium orationis, aut subdita post, *εκ και, ἀλλα, οι, τοῦτο, remittit accentum in priorem syllabam. ἐτι: τάσις, κατ ἐτι, ἀλλ ἐτι, οις ἐτι, εις δι, ή τ' ετι.* Alioqui in præcedentem dictiōnem, *καλός δει, ἀνθρωπός δει, σῶμα δει, ερμῆς δει.* Et de accentu quidem hactenus. Reliquum est ut de costructione quatenus est opus, agamus.

### RATIO SYNTAXEΩΣ.

**D**E Græcorum constructione tantum præcipienda sunt ea in quibus nobiscum non consentiunt.

Neutrum plurale verbo gaudet singulari: *ζεια, ζειχη, πιο τείχησι.*

Genitiūm multis adhibent quibus nos ablatiuū siquidem vterque casus ponitur absolute. Latini, Me præsente: Graci, μοι παρότος. Quandoqne participium solum, ελέγχεται δ, ubi autem venissent: intelligendo casum rei conuenientis, Atticè pro hoc genitioꝝ est accusatiūs. & fermè cum οι: & οις: οις τ' αιδηρα τετο ποιησοντα.

pro

pro ἦταιρος των οὐρανούς. Estque istud receptissimum in participiis impersonalium δέον, δέοντος: ἐξουσίου, εὐδημονίου: παρόν, ἐνδεχόμενον, εἰχεν αὐτῷ τοιῆσαι, quum ipsi permissum esset facere. ὡς μηδὲν αὐτῷ διασπορ, tanquam nihil eius intersit, δοξανέμοι γράψαι, ubi mihi statutum esset scribere ἀδηλον, quum sit incertum, &c.

Genitiuum postulant comparatiua, & superlativa, *saxelthīs dīgūtōrēpos, bēlthīs cānāriōw*.

Verba quae animi affectionem significant, ἔρα, ὅπηνμος, & similia.

Verba sentiendi, curandi, participandi, priuandi, assequendi, frustrandi, dominandi, dessidendi, copiae & inopiae: quorum exemplis supercedendum duximus, monuisse tantum contenti. Adhæc, verbalia per & priuatuum facta. *āthītēs dīmētēs*. Verbalia in ικός, τωρισκός, ἥπιτηδέται. Et adiectua plurima, ἀξέιος, ἀνθέιος, ἀπειρος. Et alioqui quoduis adiectiuum partitiue positum, οἶγνιστοι φίλων, qui inter amicos ingenui sunt. quale illud Plinianum, ouorum oblonga. Præterea verbum substantiuum, εἷς & γλυκυματέτων ἐστιν ἐπὶ Πλάτων, horum (aut, de numero horum) est Plato. Quod verbum quandoq; omititur, εὐδήτης ἀδηλοντανέγω.

Partitionis genitiuum mutant in casum partium, οἱ αἰθράποι, οἱ πᾶν αἴθραι, οἱ ὁ ποντοί, pro τῇ αἰθρώπων. Sic τοὺς φίλους, τοὺς πᾶν ἀπέκτενε, τοὺς τὸ πεντακάπεδης. pro τῇ φίλων: & ita per omnes casus.

Crebro

Crebro etiam genitiūs ἐλειπεῖται ponitur deficiente ἑρεκα: εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, hoc est, ἑρεκε τῆς τύχης, ob felicitatem, aut quod ad felicitatem pertinet: utrumque enim significat ἑρεκα. & ὡς μηδεπτῆς θέας, beatus qui ista videris.

In Genitio ponitur materia, *τεποίται λιθον*. Pars ἔπιον ὡντος, λαβούμενος ὡντος, Precium αγνοάμητον ὄντον, Tempus νυκτός καὶ ημέρας απουδάζεται. Temporis verò continuatas in accusatiuo, ὅλως τὴν ημέραν εἰργασάμητος, quod & in Datiuo, ἔκοσιν ὅλοις ἔτεστιν ημέρας.

Genitiuum regunt, ἀλις, ἑρεκα, χάριν, ἀνευ, δίκιος, πολὺ μετέχον πάρεργον, φεῦ, ὡς βασανί, Ηράκλεις, οἴροι. & huiusmodi exclamations, etiam εὐθή, πόρρω, καὶ pro ἀποθετ., ἐξω, χαρίς. Et aduerbia localia, οὐ, πόθεν.

Datiuo tribuitur verba sequēdi, αἰκονίδιον, ἔποιη. Certandi ἐρίζω, πολεμῶ, ἀγωνίζομαι, μαχομαι. Quæcunque passiuē capiuntur, *τεποίται μοι*, pro τῷ ἐμοῦ. Et ἀγνοεῖ τοὺς πολλοῖς, vulgo ignotum. Composita à ου' & ομοῦ σύντετος, ομότυπος. Datiuū causus est instrumentum ἀπέκτενε τῷ ξίφει. Causa, φένεται ποτε ποιεῖ. Modus actionis τίνι πάση γράψει; & quandoque precium: Chrysost. Ιδίω θανάτῳ τὸ τοίμιον προπέμπεται.

Datiuum habent cum Genitio, αἰσιοδιτῶ, μετέχοι ποιεῖται, συγγινώσκει, φθονῶ: & impersonalia δέ, μετέτει, μελεῖ, μεταπέλεται. In Datiuo Pronominis αὐτοῖς lēpenumero intelligitur præpositio ου', ut οὐτοῖς αὐτοῖς οὐλένος τὰ περα, hic est, οὐτοῖς αὐτοῖς.

Accu-

Accusatiuum admittit quodus verbum nominis ab eo deducti, τοις τας γάμως γαμῶν, ἀδικο-  
σε αδίκια: aut nominis relatiuum, οὐ αδίκια λο-  
ἀδίκω σε.

Vbique locus est accusatiuo, si intelligas τι,  
εὑρόντων μη κατέχειν τινὰ παρεῖδα. sic Virgilius, — ca-  
terá Graius.

Et qualia sunt poetis nostris vistitoria, fra-  
ctus membra, & similia, iis Græci passim vtun-  
tur: τινὰ δῆμα πορνίζεις μεσός, κόσμιος τινὰ ἀγαθολώ, τὸ χρυσα  
εὐφρεπής.

Passiuia regunt accusatiuum verbi actiui, ut  
δημόσιαι εἴμιτε τινὰ δικαιαται. sic passiuie, δημόσιαι τινὰ  
δικαιαται, & εὐχερίζουσαι ταῦτα τινὶ δημόσιαι.

Verbalia in eorū, verbi sui postulant accusati-  
uum: γραμμέον εἴμιτε δημοσίου. Interdum secundus ac-  
cusatiuus in vicem datiuu succedit, ιατρού τινος νόσου  
εἰμελεύντα τῆς αἵτια.

Atticē accusatiuus pro genitiuo, ξυστερῶ σε τὰ  
ζεῦπατα pro τῷ ζεῦπατω. Et pro datiuo, οἴδα με ποιεῖς,  
pro εἴμοι.

Quando infinitiuus & verbum precedens ad  
eandem pertinent personam, nō est opus accu-  
satiuo: εἴη ποιεῖσθι, dixit facturuu, nempe se vt  
Terentius, Pollicitus sum suscepturn. Infinitiuus, non tam accusatiuum habet quam nomi-  
natiuum, φυσὶν αὐτὸς αὐτὸς γεγνηθεῖ, dicit se autorem  
fuisse, ἐτοις απέχον τῆς αἰλαζονείας, οὐσεπάντα εἴδος, μηδὲν  
εἰδέκειν εἴδει, tam alienus ab arrogantia, vt quum  
omnia norit, tamen se nihil scire putet.

Iun-

Iunguntur infinitiuo, ὡς, ὡσε, ποίην, οὐ ἔπειδε, οὔσον.

Relatiuum eodem casu ponunt cum antece-  
dente, χρῆμα εἰς ἔχω βιβλίοις: Εἴ τις δημοσιολόγον ἄν ἔπει-  
δε, hinc sunt illa ἀνδρὶ οὐτῷ σοι, αὐτῷ ποιόσε.

Participium tanquam pro infinitiuo cum ver-  
bis perseuerandi εἰγατῶν μὲν διατέλει: desistendi,  
εἰπανομενοι φιλῶν. Et cum verbis affectionem ani-  
mi significantibus. μέμνυμαι idών, οὐ σωμίσαν πάτερ  
πονοῦντες. Sic Virgilius, Sensit medios delapsus in  
hostes.

Articulo vestitum aduerbium fit adiectiuū:  
ἢθες, hesternus. Quod si iungatur præpositio-  
ni cum suo casu intelligitur commodum ali-  
quod participium ὅτι τοῖς οὐρανοῖς, nempe οὐτι  
οὐκοῦν.

Præpositionum varia significatio variat re-  
gimen.

Genitiuum habent εἰν vel εἰς, significantes lo-  
cum, tempus, materiam, causam: ἀπός, ab, co-  
ram, iurandi, officij, πρὸς ante, locum, tempus: εἰς,  
contra, super, de, ab: διὰ, per: μετὰ, cum παρὰ ab εἰ-  
τι, pro: εἰν, circa, super: etiam tempus signifi-  
cat: εἰν, pro: εἰν, à, ex: εἰν, præ, sub: εἰν, pro, de, su-  
per.

Datiuum, εἰν, in: παρά, cum, πρὸς, iuxta: παρά, apud,  
εἰν, propter, in potestate, post, super, contra: εἰν,  
pro, in, circa: εἰν, sub.

Accusatiuum, εἰς vel εἰς, in, ad: εἰν, per: εἰς,  
per, secundum, circa: διὰ, propter: μετὰ post: παρά,  
ad, præter, propter: εἰν, ab, in: εἰν, circa, cir-  
cum,

cum, prope, *κα*, sub: *ὑπέρ*, supra, vltra.

De *εἰς* iudicandum vt de *τοι*, quod vſitatius est.

Duæ ἐλληνικæ ponuntur cum genitio: *ἐν*, deficiente datiuo: *εἰς*, deficiente accusatio: *ἐν* *θέου*, pro *ἐν* *οὐρανῷ* *εἰς θέου*: *εἰς θεάσαντον*, pro *εἰς οὐρανὸν* *θεάσαντα*.

Dicunt præterea, *οἱ τοι πλάτωνα*, hoc est Plato: *οἱ αὐτοὶ σωκράτεις*, hoc est Socrates. Verum istiusmodi orationis formas, & breuiter quicquid ad Græcanicas phrases attinet, doctissime per sequutus est Budæus in suis Commentariis, nuper & emendatè & eleganter, magno studiorum bono, excudit Badius, optimè semper de literis meritus. Eum librum comparare sibi debet quisquis seriò Græcari volet.




**ANNOTATIONES  
RENATI GVILLONII  
IN GRAMMATICAM  
Græcam Clenardi.**

Alpha , Vita , &c. Clenardus pag. 3.

 P v d Græcos literæ sunt tantum vi-  
gintiquatuor: quarū figuræ, nomina,  
& potestates ( quæ tria literis cuius-  
cunq; lingue accident) deinceps col-  
locantur apud Clenardū, pag. 3. Figura enim id  
nec dubiè est, quod certis lineamentis atq; tra-  
ctibus literæ corpus depingit. Nomen, est ipsius  
elementi appellatio. Potestas verò, literæ ipsius  
valorē pronuntiariōe indicat. Multiplex quidē  
certè & varia est cuiusq; literæ figura, cuius va-  
rietatē colliges tum ex Clenardo, tū ex elemen-  
talibus libellis qui vulgi manibus quotidie te-  
rūtur. Idē de earūdem noīe & potestate facito.

Vocales longæ *η,ω* , &c. Clenardus pag. 4. v. i.

Capitalis & primaria omnium literarū Græ-  
carū diuisio est, vt illas findas in vocales septē, &  
in septēdecim consonantes: vocales deinde sub-  
diuidas in duas longas, *η,ω*; duas breues, *ε,ɔ*; & tres  
ancipites, *α,ι,υ*. Longæ sunt quæ semper longam  
efficiunt syllabam, nisi quum terminant dictio-  
nem, & sequēs dictio incipit à vocali. Tūc enim

vocales natura longæ longam faciūt syllabā, at diphthongi omnes communem faciūt syllabā. Animaduersione igitur dignū, „, „, in capite seu initio dictionum, in mediis item dictionibus, in fine dictionū sequente cōsonante, perpetuò lōgas esse. Et si contigerit (vt dixi) illas finire dictionem, & sequentem dictionem incipere a vocali, tum „ & „, omnes præterea diphthongitam proprię quām impropriæ (quæ & suaptè natura longæ sunt, haud sēcūs atque „ & „) in carmine redduntur ancipites. Proinde ante vocalem sitę poetica licentia sēpissimè corripiuntur.

Breues vocales, ε, ο, sunt quæ semper breuem faciunt syllabam, nisi extendatur positione. Fit autē, & Græcis & Romanis positio quando post vocales natura breues cuiusmodi apud Græcos sunt ε, & ο) duę subsequuntur consonātes, vt ἡρκός septū, seu vallum: ἡρμῆ, id est, eruptio motus, impetus in quibus ε & ο positione producuntur. Et apud Latinos, Arma virumq; , &c. Aut quando litera duplex, nēpe ξ, ξ, ɿ, sequitur: quarū dupli- ciū vna quælibet æquè pollet atq; duę simplices consonantes, vt infrā (σινθετικός) docebimus, inter ipsarum duplicium excutiendam potestatem.

Ancipitas siue cōmunes, α, ι, υ, Græcis dicūtur δίχτοντα φωνήτα, id est, bitemporeæ vocales, quia duorū sunt temporū & ancipitis quantitatis, nūc breuē nunc lōgam cōstituentes syllabam. Non hercule in eadem dictione, sed in quibusdā productæ,

ductæ, in aliis verò corruptæ usurpantur. Dico itaque α, ι, υ, non ideo vocari δίχτοντα quod ad cuiusvis arbitrium (vt quidam existimant) in una eadēque dictione & produci & coripi queat, sed eo modo δίχτοντα esse, quo oēs vocales apud Latinos: ita quod in hac dictione omnino producantur, in illa corripiantur, vt fusius docebimus in nostro Enchiridio ad cognitionem accentuum, & quantitatū syllabarum.

Tu rursum subdiuitio septem vocales in mutabiles & immutabiles. Mutabiles tres, α, ε, ο: quæ id nominis, sortitæ sunt quia in capite thematis alicuius verbi cōstitutæ in verborū præt. mutantur: nēpe ε & ο, in „: & ι in „: eodem quoque modo in primo futuro quorundam verborū sextæ coniugationis, & in thematibus verborum in μ, si in sexta fuerint formatiua. Quid formatiua litera sit videbis paulo pōst. Immutabiles quatuor sunt, „, „, υ, ω: quæ si in verborum thematibus fuerint capitales seu initiales, in præt. nō mutantur.

Diphthongi propriæ, &c. pag. 4.v.7.

Ex simplicibus præscriptis vocalibus coalescent ac cōflantur diphthōgi duodecim, quæ dividuntur in proprias diphthongos & improprias. Propriæ sunt sex, quas disces ex Clenardo: quæ (vt placet Grāmaticis,) ita dicuntur, q̄ naturalis pronuntiatio illas postulet: quippe quæ eo quo scribuntur modo, & proferuntur, aut certè proferri debent. Impropriæ contrā sic dicuntur, q̄

pronūtiatio naturalis illas non requirat. Tu eas diuites in ἀφόνοις, & κακόφωνοις. Tres sunt ἀφόνοι, οὐ, οὐ: quæ quia scribuntur quidē, sed non proferūtur præterquam instar simplicium vocalium α, η, ο, sine punctis subtus, quæ polleant iota, meritò profectò diphthōgi ἡ tres, ἀφόναι vocitātur, hoc est, mutæ, seu obmutescentes: tu vñica dictioñc asonas vocares, si dictio Latina cū Græca cōpositionē reciperet. Dicūtur enim quasi ἐν της φωνής, οὐ voce careant saltē diphthōgata, (vt sic docendi gratia dixerim.) Tres reliquæ νυ, η, ου, obduriusculā minusq; auribus delicatis alioqui le nocinantē ipsarū vocē, non iniuria κακόφωνοι, nun cupātur, quasi malesonas dicas. Dū enim vt decet pferūtur, durū quid auribus insonat, & nescio quid (vt ita dixerim) Goticū, auribus iniuncundū, si cum suau iucundaq; diphthongorum propriarū pronūtiatione cōferantur, auditu percipitur, vt nos alias docuimus, & post hac rursum (si Deus permiserit) nos identidem viua voce sumus docturi. Commentum planè Grammaticum, est diphthongus impropria, præsertim illa quæ dicitur ἀφόνοις: proinde ad pronuntiationē nihil spectat. Nam Grammatici diphthongorum mutationes indicaturi, aut certè in diphthongis, alterius vocalis elisionem, eiuscmodi diphthongos inuenērūt, vt sicubi ex αι fiat ει aut οι, vt non parum s̄apē fieri assolet, idque iota eliso: quod tamen quia in diphthongo propria erat

erat vocalis subiunctiua: vt vocalium neutra in illa transmutatione pereat funditus, solent Græci suppingere iota in tribus illis, ει, οι, ου, quæ quidem ex proprijs consurgunt diphthongis. Atque adeo id factum esse palam est, ne ignoraret pueri in illa syllaba diphthongum desiderari. Quandoquidem autem ostendimus ει & οι ex αι coagentari, eadem ratione ει ex ου fieri dicās, mutata breui præpositiua in propriam lögam: iota vero quæ subiunctiua est, suppingatur, Tres enim, non amplius, mutabiles esse vocales paulo antè diximus, α, ε, ο, quarum, quæcumque accidat permutandæ vocalis ratio, α & ε mutantur in η, & ο in ου. Cæterū vt de κακόφωνοι quoque cōpositione aliquid dicamus, ου modo ex αι modo ex ει fieri, sequencibus exemplis cōprobatur: αύλιζω, ούλιζεν: ει γομει, ούχομει, mutato ει ex diphthōgo ει in η idq; Atticè, quū alioqui ει sit de classe diphthongorū immutabiliū, vt suo loco sumus dicturi. At ου fit ex ει, mutata breui in propriam longam. Reliquum iam est vt η ostendamus ex ει & οι constare, atque hanc sibi comparare figuram, nimirum vt η affixum ad latus η suo apice pertingat corpus medium ipsius præpositiæ, quæ est η: idem vero, longius se explicet deorsum. Quæ figura haud dubiè commodior: tametsi chalcotyporum nonnulli voluerint aliam figuram innouatam, sic η, subscripto, videlicet, perinde atque in α, η, οι.

Est alia vocalium diuisio propter diphthongos duntaxat recepta, nempe ut in diphthōgorum coagmentatione & coālescentia, aliæ vocalium sint præpositiæ, aliæ verò subiunctiæ.

Præpositiæ, quæ quinq; recēsentur, æ, ε, ο, ο: ideò hanc nomenclationem adeptæ sunt, quod subiunctiis præpositæ diphthongos faciāt: vel quia in diphthōgo constituēda subiunctiis præponuntur. Subiunctiæ verò, quas & postpositiæ vocant, sic dicuntur, quod in constitutione diptongorum præpositiis subiungantur: vel quia præpositiis subiunctæ aut postpositæ, diphthōgos faciunt, ut patet in formulis à Clenardo præscriptis. Suntq; duæ dūtaxat subiunctiæ vocales in diphongis, ε & η. Ex præpositiis vna est, vt pote æ, quæ diphthongos proprias cōstituit, ου, ου, & vnam impropriā æ. Verū enim uero ε solas proprias diphthongos parit, ε, η: ο item proprias propagat, ο, ε: autem & ο, diphthongos tantum improprias ου, ου, ο. Antiqui enim (nequid silentio supp̄imam quod sit opere pretrum) aut non suppingebant prorsus iota in diphthongis, ε, η, ο, (quem morem adhuc retinuerunt Dores) aut certè ea vtebantur figura quam paulo antè depinximus ȳ, hoc videlicet modo pingentes ου, ου, ο: sed quia & scriptores & chalcographi in forma earum depingenda sæpius ac numero hallucinabantur, diphthongos plerunque

plerunque proprias impropriarum vice depingentes, ob id aliud commentum subiijt animos eruditorum: nempe ut punctum exile substerneretur, subiacerētve corpori ipsius vocalis, alioqui præpositiæ: quod quidem punctum designaret siue polleret iota. Veruntamen illud esse prætermittendum videtur minimè, videlicet v non solum subiunctiā esse vocalem in diphthongis, ου, ευ, ου, ηυ, πη, sed etiam præpositiā in diphthongo impropria ȳ, ιος, μη, ερημη, & in consimilibus: quæ innumera sunt, quæque possit ipse venari tibi, legendo classicos autores. Quandoquidem autem non ita multo ante vocales diuīsimus in mutabiles & in immutabiles, eadem quoque diuisio in diphthongos proprias non inconcinnè cadit, siquidē earum quedam sunt mutabiles, vt pote ου, ου, ο: quædam verò immutabiles, nimirum ε, η, η: de quarum & transmutatione & statu agemus pluribus cum Clenardo suo loco, in tractatione augmēti temporalis verborum.

Tenuis η, π,  
Mutæ } Mediae η, θ, δ, } Aspiratae η, χ, φ,

pagina 4. versu 20.

Diximus paulo antè consonantes secundam constituere partem generalis diuisionis literarum apud Græcos: quæ profectò subdiuidendæ sunt in mutas, duplices, liquidas, & in ζ, & sic in septem vocalibus, nouem mutis, tribus duplicitibus, quatuor liquidis & ο, habes iustum numerum

rum viginti quatuor literarum Græcarum. At subdividere denuò debes mutas nouem in tres tenues,  $\alpha$ ,  $\tau$ ,  $\kappa$ ; tres medias,  $\beta$ ,  $\gamma$ ,  $\delta$ , & tres aspiratas,  $\phi$ ,  $\chi$ ,  $\psi$ : quæ duobus modis considerantur. Priore modo sic, recto videlicet ordine,  $\alpha$ ,  $\kappa$ ,  $\tau$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ ,  $\delta$ ,  $\phi$ ,  $\chi$ ,  $\psi$ : & hoc modo fermè per se, & sine relatione aliarum ad alias expenduntur. Posteriore autem modo illas consideraueris ordine in formula proposita transuersario, nempe à summo deorsum, sic  $\tau\beta\phi$ ,  $\kappa\gamma\chi$ ,  $\tau\delta\psi$ : vt  $\alpha$  &  $\phi$  extre-  
rum contrariorum rationem obtineant, haud se-  
cū atque album & nigrum apud philosophos.  
**Idem** de reliquis mutis iudicium, nimirum vt  
tenues semper proprijs opponantur aspiratis: è  
contrario verò aspiratè tenuibus, quia naturam  
inter se contrariam sortiuntur, interijciantur au-  
tem mediæ, quòd medium quandam rationem,  
& naturam habeant inter utrasque extremas,  
inter tenues videlicet, & aspiratas.

Tenues ideò sic nuncupantur quòd sine ullo  
spiritu denso ac sibilante proferantur. Aspiratae  
contra, quia cum spiritu crasso, denso, spumoso,  
& cum sibilo proferuntur, medie autem, vt di-  
ximus cum utrasque extremis ita consentiunt, vt  
nec prorsus spiritu careant, nec prorsus ad spu-  
mosum flatum aspiratarum accedant. Isthæc  
autem mutarum oppositio inter se ideò fit, quia  
aliæ in alias sæpius migrat, vt facile coniuge-  
re licet in deductione aliarum temporum ex  
alijs

alijs in coniugationibus verborum. Hic obiter  
notandum, primum ordinem contrariorum pri-  
mam constituere coniugationem, vt  $\alpha\omega$ ,  $\beta\omega$ ,  $\phi\omega$ :  
& secundum secundam, vt  $\kappa\omega$ ,  $\gamma\omega$ ,  $\chi\omega$ ; tertium item  
tertiam, vt  $\tau\omega$ ,  $\delta\omega$ ,  $\psi\omega$ . Haec tenus de mutis.

Duplices,  $\zeta$ ,  $\xi$ ,  $\psi$ , pag. 4. versu 24.

Duplices idcirco dicuntur, quia duarum vim  
habent simplicium consonantium, in eâsque  
non rarò explicantur & dissoluuntur, quum ex  
illis analogicè conficiantur. Atque adeò tres  
sunt,  $\zeta$ ,  $\xi$ ,  $\psi$ : quarum  $\zeta$  fit ex  $\alpha$ , vel  $\phi\delta$ , & in eas  
sæpius resoluitur, præsertim apud Dores:  
vt pro  $\alpha\pi\zeta\omega$  &  $\phi\xi\omega$ ,  $\alpha\pi\xi\omega$ , &  $\phi\phi\delta\omega$  scribunt Do-  
res:  $\mu\alpha\omega$ , id est, pinso, inde  $\mu\zeta\omega$ , quam La-  
tini usurpata dictione Græca maslam vocant,  $\zeta$   
autem non tantum  $\kappa\tau$ , sed &  $\gamma\tau$ , &  $\chi\tau$  valet: vt  
 $\mu\zeta\omega$ , id est barba menti: à quo nomine, reso-  
luto  $\xi$  in  $\kappa\tau$ , atque adeò inter utrunque collo-  
cata vocali  $\phi$ , fit casus gignendi, & alij pariter  
obliqui casus: vt  $\mu\zeta\omega$ ,  $\mu\zeta\omega$ , &c.  $\beta\alpha\pi\zeta\omega$ ,  $\beta\alpha\pi\xi\omega$ , & id genus alia. Sed aliquando, vt dixi,  
in  $\gamma\tau$  explicatur, eadem ratione seruata quæ in  
 $\kappa\tau$ : vt  $\alpha\pi\zeta\omega$ ,  $\alpha\pi\xi\omega$ . Item in  $\chi\tau$ , vt  $\beta\pi\xi\omega$ ,  $\tau\pi\chi\omega$ .  
Verùm enim uero  $\psi$ , seruata præterea ratio-  
ne ea, quæ in superioribus dissoluitur plerun-  
que in  $\tau\omega$ , inserta vocali, vt inde consurgat  
obliquus casus in nominibus: vt  $\kappa\kappa\lambda\omega\psi$ ,  $\kappa\kappa\lambda\omega\phi\psi$ :  $\phi\psi\epsilon\tau$ ,  $\phi\psi\epsilon\phi\tau$ : &c.

ali-

aliquando in ῥ. vt σκίραψ, σκίραψ: & alia eiusdem modi plurima.

Liquidæ, siue immutabiles. pag. 4. v. 27.

Quatuor sunt liquidæ Græcis, λ, μ, ν, ρ, totidem Latinis, & eadem, aut faltem eiusdem potestatis, l, m, n, r. Sed Græcis præterea immutabiles vocitantur, quod non mutantur, migrantve in alias consonantes, neq; in declinationibus nominum, (vt à τίταν, addendo ος, non mutato, finali litera recti sit genitius τιτάνος: sic Δαμαρ, Δαμαρός) neque in verborum coniugationibus, vt Λέλω, μ, Λελῶ, γέμω, μ, γέμω: in utroque tempore λ & μ immotæ manent: sed quemadmodum præsentis. ita futuri literæ sunt characteristicae.

Σ omissum a Clenardo.

In consonantium sub diuisione omisit Cle�ardus: idque fortasse de industria, quod non sit de classibus mutarū, dupliciti, aut liquidarum. Non enim muta est, quia neque tenuis, neque media, neque aspirata, Adhuc non duplex, quū non æquiualeat duabus simplicibus consonantibus. Nec tamen immutabilis, quum in casu iugnendi plerūque mutetur in τ, δ, θ: vt λέλω: λέλητος: μόνας, μόναδος: ὄρνιθς, ὄρνιθος. Proinde: à quibusdā μόναδι, idest, sui cuiusdam iuris, ac suæ potestatis, dicitur, a quibusdā verò απομον, idest, fine nota, & signo, quod aliarum consonantium notas inustas habeat minime: népe vt vel muta dicatur, duplex, vel liquida: sicut in grege ouium, cæteris

ris ouib. signatis, si earū aliqua nō sit eodē quo alię signo insignita, & notata, illa vocatur οἰς ἐστος, quasi nulla signatione signatam ouem dicas.

Accentus tres, &c. pag. 5. v. 3.

Accentus a verbo Accino dictus, q; accidat dictioni quā afficit. Huic nomini respōdet Græca vox πορρία, à πορρί, idest ad: & ὁδός, carmen, canticum, est autem accentus pronuntiandi ratio, syllabæ accidēs. Syllabarum porrò aliæ longæ, aliæ breues, & aliæ anticipites: quæ pro ratione quantitatis suæ, acciuntur aliæ, vel grauātur, aliæ verò circunflectuntur, Itaque tres sunt accentus, Acutus, Grauis, & Circunflexus.

Acutus sic pingitur', sitque ex sinistra parte maiusculæ literæ lambda Λ.

Grauis ex eiusdem parte dextra.

Circumflexus ex utraq; Λ, aut sic Λ, ex superiori parte literæ δ: qui & hoc modo ornādæ potius scripture, quam ullius necessitatibus ergo notatur.

Notandum obiter, Græcos in assignādis accētibus solitos esse singularū dictionū syllabas ordine præpostero & retroacto supputare: nimirum incipientes ab ultima, a qua fit progressus ad penultimam, & a penultima ad antepenultimā. Ultra antepenultimā nō retroagitur accentus, neque apud Græcos, neque apud Latinos. At in hoc dissidet Latini à Græcis, quod latini, vt propriū dictioni cuiq; assignent accentū, penultimæ syllabæ dictionis illius quantitatē pendunt

pendunt, vt quum dominus penultimam habeat breuem, ideo eius accentus in antepenultimam retrahitur syllabam. Dicimus ergo, Bárbara, pyramidum, sileat, mirácula, Mémphis, acuendo in singulis polysyllabis declinabilibus vocibus antepenultimam, propter penultimam breuem: quæ si lóga foret, accentū perpetuò retineret: vt meditáris auena. Verítamen in dictionibus disyllabis, siue longa siue breuis sit penultima, (voco autem illam penultimam, quæ anteit proximè vltimam dictionis cuiuslibet syllabam, etiamsi prima sit dictionis, vt in disyllabis omnibus) eidem penultimæ perpetuò insidabit accentus. Exemplum de longa penultima vt tégmine fági, línguam árua, lénitus in vmbra. De breui, Déus, áqua, mánus, & reliqua cohors disyllaborum id genus. Solæ autem indeclinabiles voces apud Latinos accentum in vltima syllaba, accipere possunt: cuiusmodi sùt porrò, ergò, maximè, & similes. Usus tamen in omnibus frequérter praeualeat. Verū enim uero vltimæ syllabæ quâtitas apud Græcos expenditur, atq; adeò pro ratione quantitatis vltimæ assignatur apud eos accentus, nūc in eadem vltima, nunc in penultima, nunc in antepenultima, vt nos docebimus fusius in nostro Enchiridio ad notionem accentuum. De locis autē singulis singulorū accentuum id interim, est prælibandū, acutū, vtpote in dictionibus, tres sedes sibi vedi-care:

care: vltimā, vt δεῖς: (os enim vltima syllaba, acuitur) penultimā, vt λόγος, ἥρως: antepenultimam, vt τύποις, παράληπτος. Et verò solus acutus sua veluti prærogatiuæ antepenultimæ insidere potest. Si quidem circunflexus duas tantum sedes occupat: vltimam, vt ησιώ: penultimam, vt βοῶτε. Grauis autem quamquam intelligitur in quaçque syllaba dictionis cuiuslibet quæ neque acuitur, nequ e circumflectitur: nusquam tamen pingitur nisi demum in vltima dictionis syllaba, tum maximè quum καὶ συνίχειαι. id est, consequétia verborum & continuatione vocum inter se, qui acutus insidebat vltimæ syllabæ dictionis, alia dictione præente in structura orationis, mutatur in grauem, vt passim contingere solet.

Acutus attollit syllabam quam afficit, δεῖς, Circunflexus tardat, vt βοῶτε. Grauis verò, est æqualis pronontiationis tractus, communisque tenor his syllabis, quæ nec acutitonæ sunt, nec inflexæ, vt φιλοσοφία, solum iota acuitur, reliquæ syllabæ graues sunt: & vt docet Demetrius, οὐαλισθὸν αἴσιγγνωσκοτει, id est, leguntur seruata æqualitate pronuntiationis. Et quia deforme fortasse fuerit tot apices singularis inscribere syllabis, ideo suis partibus fungens, nusquam grauis, nisi loco acuti, in foliis (vt dixi) vltimis syllabis, idque in contextu orationis, vt Θεὸς ήπ., id est, Deus noster.

Illud præterea adiiciendum ad extremum videtur

detur. dictionem acutitonam, per se positā, hoc est, citra complexum orationis, aut etiā in clausula collocatam, quippe quæ terminet sententiam, acutum perpetuō retinere accentum: nec conuertere acutum in granem, nisi in oratione perpetua continuetur cum sequentibus alijs dictionibus, sic, *εἰσιν ἀντὶ καλός καλόθεος*: quum alioqui & *ἀντὶ καλός & αὐτόθεος* ultimas syllabas suaptè natura acuant. Hunc in modum autem accentus diuidas licet, vt dicas accentūnū alios dictionum esse, alios verò syllabarum. Duo sunt accentus dictionum, acutus videlicet & circumflexus: quorum alterutro quælibet apud Græcos dicitio insignitur. Ceterū grauis dicitur syllabicus, quia, in omni syllaba esse intelligitur, quæ neque acuitur neq; circūflectitur. Enim uero qui accentus quibúsque dictionibus debeat, aperiemus quam poterimus luculentissimè in nostro libello de accentibus.

Spiritus duo, Asper, &c. pag. 5. v. 3.

Duo sunt apud Græcos spiritus, asper siue dēsus, qui præfixus literis maiusculis sic *pingitur*, vt in parte sinistra literæ *H*: ita concinnatur. Minusculis autem præpositus, sic, vt pars sit media circuli integri, ac veluti semiluniū, cuius cornua explicitentur in dexteram: pars verò gibba & circonferētia in sinistram vt: *Οὐντός αὐμάτα*. Tenuis siue lenis, cum maiusculi literis vocalibus sit ex dextera parte vocalis *H*, hoc modo: cum minusculis

nusculis autem, sic, vt sit pars altera circuli integri aut semilunij, cuius cornua ad sinistram: circunferentia verò cum gibba parte ad dexteram vergant: vt *Αὐθρωπός, αὐθηπός*, Hactenus exemplis probatum, notas spirituum supra vocales initiales dictionum collocari. Omnis enim dicitio incipiens à vocali, vel aspiratur, vt *ἔρεπος*, vel tenuatur, vt *ἄλιθεα*. Vt autē in trāstū nō nihil de pronunciatione quoque spiritū dicamus, quæ haud dubiæ silentio prætereunda minimè videtur, animaduertas licet spiritū asperū Græcorū cū suis vocalibus haud secus proferri atq; in *he* literā Hebræorū cū punctis vocalibus: aut apud Latinos *h*, quæ nota dūtaxat est aspirationis præfixa vocalibus, vt, *ha, he, hi, ho, hu*. E contrario verò spiritus tenuis Græcorum profertur vt aleph Hebræorū cum suis motionibus, sine ullo videlicet spiritu flatuve denso, atq; adeò hæsitāte, vt in *he* in gutture. Vel dicas tenuem spiritum Græcorum proferri eo modo quo Latini vocales suas sine *h* nota aspirationis pronuntiant, vt *a, e, i, o, u*. Nec te male habeat, studiose lector, quod sinā te hoc loco ambiguum vtro spiritu insignire, vocalem dictionis initialē debeas, si tibi calamo sit admouenda manus. Non enim præsentis est instituti atq; operis, spiritū regulas tradere (notas & pronunciationem dūtaxat edere hoc loco in animo est) quia maius profecto otium postulauerit, quā quod nobis in

præ-

præsenzia cōtigit. Proinde tu interim dum manus nāciscamus quo eas peculiari aliquo libello perstringamus, ipse multa frequentiꝝ eximiorum autorum lectione venabere, vt eorum spirituum vsum tibi compares. Vsus enim omnium artium magister, recte comparatus, eas quas expetis spirituum regulas abundē satis suggeret.

Consonans, pag. 5. v. 13.

p & v in principijs omnium dictionum perpetuo aspirantur, hoc est notantur spiritu aspero, vt *φέμιν, φίλη : ψός, ψεύτης*. Quod si p in mediis dictionibus geminetur, prius p tenui spiritu signatur, ne syllaba illa desinat in literam aspiratā: (nulla enim apud Græcos syllaba in aspiratam desi-  
nit) p verò posterius, quia initium est nouæ syllabæ, idcirco perinde atque in principio dictionis aspiratur: vt *παρηγορία*, id est dicendi libertas atque licentia. At p simplex vnicūmve, in me-  
dio dictionis corpore neutro duorū spirituum signari debet. Quum autem dixerim nullā apud Græcos syllabam desinere in literam aspiratā, argutulus aliquis legis huiusc preuaricator conabitur fortasse euertere hanc nostram senten-  
tiā, atque ostendere eius quod diximus con-  
trarium. Cui hoc vnum velim responsum. Si contigerit duas reperiri aspiratas in media dictione, vt in *ἀρθρος*, vtranque aspiratam coniunctim pertinere ad sequentem vocalem. Id quod cōpositiones plerunque indicāt: nam in *ἀρθρος*, &

pri-

priuans est pro *ἀρθρος*: (vnde seorsum proferri debet, & non sequente aspirata) *ρρόντης* verò item se paratim: ex quibus cōponitur *ἀρθρος* id est, *ἀρθρος* *ρρόντης*, sine intidia, seu inuidia carēns. Idem iudi-  
ciū de reliquis etiam in appositione, vt *νυχθόντης*.

Apostrophos nota est, &c. pag. 5. ver. 17.

*Ἄρθρος*, ab *ἄρθρον*, & *σπίρω*, verto: vnde *ἄρθρος*, auersio. Nota est detritæ seu elisæ & reiectæ vocalis à fine dictionis. A uersionis enim nota ponitur supra lócm ablatæ vocalis à fine dictionis propter initialam capitalemque vocalem sequentis dictionis: vt *επίστημε*, pro *επίστημεν*. Solent autem hoc pacto elidi quatuor vocales, quarū in locum apostrophi nota sufficitur, ε, ι, ο, & duæ diphthongi apud poetas, αι, οι. Eliditur & per apostrophum licentia poetica apud Home-  
rum in catalogo natuum; vbi in exemplari Aldino sic habet, *Τάχιστης δὲ τετράστης οὐατήρας ἐν μεγάρῳ εἰς τηνταριών*, id est, Tle polemus autē posteaquā educatus est in palatio affabrefacto. In quo versu *τράπεζη* pro *τράπεζην* positū est vt docet vetus interpr. Grē-  
cus. Notam autem apostrophi sic' describas de-  
pingasq; oportet, vt sit dextera pars circuli ad vi-  
timā cōsonantē apposita, qua ostēditur parti orationis de esse ultimā vocalem. Ex hac autē apo-  
strophi descriptione cōstat eam tenuis spiraculi figurā habere. Verūm in hoc differunt, quod signum spiritus tenuis, in principijs dictionum à vocalibus incep-  
tatum ponitur: apostrophi verò

K nota

nota insidet literæ finali, index vtique (vt dixi) vocalis vel diphthogi in calce reuulsæ, vt *et utr.*  
Quæ si aspiretur, &c. pag. 5. versu 19.

Notabis hoc loco mutam tenuem *w, x, r,* & in cōpositione & in appositione manere tenuem, nec conuerti in proram aspiratam ante vocalēm capitalem sequentis dictionis affectam spiritu tenui. In appositione, vt *warr' eleyor*: in compositione, vt *xatapatos*. Quod si vocalis sequens aspiretur, tenuis muta finalis præcedentis dictionis migrabit in proram aspiratam, *ø, χ, ð:* quia omnis tenuis muta, perpetuò concipit aspirationem sequentis vocalis: vt *wχθ' ðlw*. Et quia appositio est, non compositio, ipsa vocalis sequens suam etiam retinet aspirationē, quam in compositione perderet seu abijceret: vt in *nt̄lāt̄m̄p̄m̄*, *ð̄p̄w̄s̄mu*, & similibus.

*T̄p̄v*, id est, subunio, nota est qua vtimur quum duas dictiones natura diuisas coniungimus, vt *ōtos-ss:* vel quæ male diuisas coniungit, hoc modo, Pauca in conuiuio loquere: vel conspicitur sus, conspicitur sus.

*T̄p̄d̄s̄s̄w̄l̄*, id est subdistinctio, est nota qua non cohærentia discernuntur: vel distinctio est, quæ syllabas male cohærentes separat, sic *r̄, ſ̄, s̄, t̄*. aliud enim significat *r̄te* & *s̄ti*.

Latini inter declinandum, &c. pag. 6. v. 18.

*Āp̄p̄p̄*, Græcis articulum vocant, & (vt autor est Moschopulus) deducitur ab *ap̄t̄s̄*, quod est coapto

coapto compingo, & coherere facio: quòd hoc articulo membra orationis cooperentur, cohærent inter se & compingantur: nominum præterea & casus, & genera dignoscantur. Minutissima quidem certè orationis particula est articulus, sed eiusmodi, vt si eā tollas, nihil aptum, nihil integrum, nihil sonaueris decens. Quemadmodum enim hæc corporis nostri moles articulis roboratur, vegetatur & compingitur: sic articulis orationis partes, alioqui dissitæ, & discriminatæ, compinguntur. Idioma autem Romanum articulos ignorat: quippe quòd ne voce quidem vlla Græcorum articulum exprimeret, ac reddere queat. Cæterū quòd Grammatici Latini nominum declinandorum casibus præfixerunt. Hic, hæc, hoc, id nec dubiè docendi gratia fecerunt, non quòd Latinus sermo illos haberet articulos. Gallicus sermo articulos etiam habet: atque adeo Græcanici articuli vim exactè noueris ex idiomate Gallico: vt si Græcus dixerit, *la ñ ñ Pet̄s*, Gallus suo idiomate sic redderet, *la robbe de Pierre*, Romanus verò, vestis Petri, sine expressione articulorum, & Græcanicorum & Gallicorum. A superiori oratione Græca exime articulos *la* & *de*: id quod ineptum prorsus apud Gallos fuerit. Non perpetuò tamen emphatica erit apud Græcos particula articu-

lus: sed aliquādo addetur, aliquando verò detrahetur, venustādē orationis gratia. Ut autē res ponatur ob oculos, dicemus articulos Gallorū à nōnullis notas casuū nō omnino ineptè appellari. Eas aūt docēdi gratia sic proponemus. Articulus masculineus singularis apud Græcos est ὁ, qui à Gallis exprimitur hac voce *le*: vt ὁ δεκτής: *le seigneur*, Fœmineus articulus ε Græcè, *la* Gallicè: vt η φέμινα, *la dame*, &c in numero multitudinis vtriusque generis dicimus Gallicè *les*: vt οι δεκτήαι ταῦ *les seigneurs*. οι δεκτήαι, *les dames*. Galli cum Hebreis carēt articulo neutrius generis: sed pro eo vtrique usurpat masculineum. Articuli autem Gallorum exprimentes articulos casus gignēdi Græcorum, habita, tamen ratione generis, & numeri sunt, *de*, *du*, *des*. Dandi casus, *a*, *au*, *aux*, & sic deinceps. Enim uero eadem ferme in omnibus est Gallis cum Græcis & constructio & loquēdi ratio. Proinde vtrāque alteram vtpote cum altera: conferas vt ex energia vnius alterius vires non ægrè agnoscas. Musa quidem certè Romana, quanquam apud se superba & elegans, tamē non perinde facile cum Græca conferri potest.

Prima est in *os* masculinorum, &c. pag. 7. v. 6.

In ea fuit hæresi Clenardus vt, quorundam neotericorū opinionē sequutus, putauerit, quædam nomina in *ns* primæ declinationis esse communis generis. Ego verò frequentiore vsum iugiter approbās facilius subscripterim opinioni

Theo-

Theodori Gazæ & Demetrij Chalcodylæ, alio rūmāq; priscom ac primarię classis grāmaticorū, qui omnia primariæ declinationis nomina, siue simplicia sint, siue cōposita, siue deriuata, sub vtraq; terminatione, as videlicet & *ns*, masculine esse censem, vt omnia secundæ sunt fœminea. Quòd si à nominibus primæ fœminea, deducere velis, tu illa ex prima, quæ propria masculinorum tantū, deriuabis vel in secundam vel in quintam, prout nomini congruet magis & quadrabit vel secunda vel quinta: vt ὁ δικαστής, η δικαστία, ἡ δικαστία: ο δέκτης *e*, η δέκτηρια *les*: ο πολίτης *e*, η πολίτις πολίτιδος ὁ δεκτής *e*, η δεκτήτις πολίτιδος, & δέκτητις πολίτης *e*, η πολέκτητις πολέκτηδος. Tu idem de reliquis iudicato atque obseruato legendis autoribus nominatissimis.

Duala & pluralia, &c. pag. 7. v. 19.

Articulus fœmineus dualis numeri est *ta*, *taū*: pluralis *ai*, *ai*, &c. vbi cūque habet *a* literam capitalem, aut supra vocalē initialē spiritum asperū: tu inde vtrūque detrahito: habebis singulas καταλήξεις singulorū casuū dualis & pluralis numeri nominū omnīū primæ inflectionis. Quando ergo dicit Clenardus, Cōueniūt cum articulo, non possunt cum eo nisi terminatione tātū cōuenire. Iam vero oculos deflecte in elenchū declinationis, in quo ab autore prescribitur tibi formula inflectendorū per singulos & numeros & casus nominū omnium huiuscē classis primæ.

K 3

Finita  $\delta\alpha$ ,  $\theta\alpha$ ,  $\rho\alpha$ , &c. et purum, &c. pag. 8. v. 10.

Quæ nomina secundæ inflexionis desinunt in  $\alpha$ , illa formant genetiuos mutato  $\alpha$  in  $\eta$ , vt  $\mu\eta\sigma\alpha$ ,  $\mu\eta\tau\alpha$ . Excipe inde habentia  $\delta$ ,  $\theta$ ,  $\rho$ , aut vocalem diphthogymve pro literis characteristicis: quia eiusmodi omnia retinet  $\alpha$  finalem recti in obliquis omnibus immutabilem, vt  $\mu\alpha\eta\alpha$ ,  $\mu\alpha\tau\alpha$ ,  $\alpha$ ,  $\omega$ . Reliqua exempla repeatas ex Clenardo. Siquidem autem dictio omnis apud Græcos suā habet characteristicam, id est, formariuam figuratiuam. Nec dubiè illam voco characteristicam dictionis literam, siue vocalem siue consonantem, quæcunque proximè anteit vocalem illius dictionis finalem.

A præterea purum vocat Clenardus, q̄ vel vocalē, vel diphthongū ante se habet pro figuratiua. Quia omnis litera, imò & syllaba, apud Græcos pura dicetur quæ habuerit ante se vel vocalē simplicē vel diphthogū pro characteristicā. Quod si habet cōsonātē dicetur impura.

Duala, & pluralia, &c. pag. 8. v. 21.

Neutra tertiae in duali, & plurali sequuntur terminationem articuli neutrius generis eiusdē numeri. Masculea, autem, fœminea, & communia sequuntur terminationem articuli masculei inter declinandum. Ex hac tertia Græcorum declinatione fluxit secunda Latinorum. Tu iam perpende elenchum formularium declinationis tertiae ab auctore tibi propositum.

### Quarta

Quarta declinatio atticorum, &c. pag. 9. v. 8.

Non soli Attici, sed & Dores nomina in hac quarta declinatione inflectunt, quam ex tertia (in qua lingua communi declinantur) in hanc quartam, quæ ipsorum est propria, deriuant, conuertentes ubique tertiae in  $\alpha$ , vt ex tertia confletur quarta. Reliquas mutationes diptongo-rum  $\alpha$ ,  $\omega$ , & neutrorum pluralium in  $\alpha$ , ex ter-tiæ discito ex Clenardo.

Quinta declin. imparisyll. pag. 9. v. 23.

Quum variæ sint terminations nominum quintæ declinationis, ex illis haud dubiè numerosis genitius, alioqui supra rectum excrescēs, in  $\alpha$  perpetuò definit. Vbi autem genitium ex nominatio formaneris, eiusdem genitiui literā figuratiuam perpendit. quia quæ litera characteristica est genitiui singularis, eadem perdu-rabit figuratiua in reliquis deinceps casibus, cuiuscunque sint generis nomina & numeri, præ-terquam in datiuo plurali in  $\alpha$  vel actu vel po-tentia perpetuo desinente. Ceterū ex hac quin-ta Græcorum facta est tertia Latinorum.

Quod si cum penult. pag. 15 v. 16.

Quanta est penultima datiuī singularis nomi-num quintæ inflexionis, tanta esse quātitate debet & datiuī pluralis penultima. Nam si lōgam penultimam siue natura siue positione habuerit singularis datiuus, penultimam quoq; extendet datiuus pluralis, eo quo docet modo Clenardus

in habētibus & 2, 3, 4, pro indicibus datiuī singularis, in eoque positionem facientibus. At breuis penultima singularis datiuī, breuis quoque manebis in plurali datiuō: qui tamen semper à suo singulari, eo quo docet modo Clenardus, formatur. Exempla liquidò constant ex verbis ipsius autoris: tu ex eo illa expiscare.

Illa in *ηρ* quæ syncop. pag. 15. v. 24.

Nomina in *ηρ* quæ inter declinandū syncopen patiuntur, à datiuō singulari syncopen paſſo datiuū plurale, posito & ante *ει*, formant; sed ad vitandam *κακοφονίαν*, quæ fit ex concurſu tot consonantium malè duritèrque inter se cohærentium; interseritur *α*, exempla id probantia reperies plurima apud Clenardum: quæ ex eo ipſe in tuū vſu m depromito.

Atque hæ quidem deci. pag. 15. v. 28.

Decē sunt apud Græcos nominum declinationes, quæ diuidūtur in quinque declinationes nominum simplicium, hoc est, simplici formula & sine vlla cōtractione declinatorū, & in quinque contractorum nominum inflexiones. Intelligas tamē oportet, quinque ordinis cōtractorum ortum ducere à quinta simpliciū inflexione formate genitiū in *ει* purum, & reliquos item casus in terminacionem puram. Cōtracta nomina sunt ea, quæ vel synæresin vel crasis patiuntur: & ob id à Grecis illa *ειμωλη*, *ει*, hoc est, paſſa seu affecta vocitātur: alia verò, quæ vt pote superius

superius tradita sunt *ἀπλᾶ* & *ἀπλῆ*, id est, simplicia & impassa, nominantur. Et, vt quod res est summatim dicam, nulla neque nomina neque verba dicuntur cōtracta, nisi quatenus paſſa sunt vel crasis vel synæresin, ita vt in omnibus voceſ omnes cōtractæ ſint planè quinque simplicium nominum declinationis: vbi verò receperunt contractionem, tum fiunt alicuius classis contractorum nominum. Idem de verbis iudicium, vt ſuo loco fuſiū aperiemus.

Est autem synæresis, duarum vocalium ſeruatarum in vnam diphthongum contraction & coalescentia: vt quum *ει*, in *ει*, *οι*, in *οι*, *αι*, in *αι*, contrahūtur vt *ευρέι*, *ευρέτι*: *γυντοῖ*, *λητοῖ*: *γύραι* *γύρα*. Etimon autem ſic habet, vt deducas à *συν*, cum: & *αἱρέω*, & per crasis *αἱρῶ*, capio, traho.

Crasis vero est, duarum vocalium, vel vocalis & diphthongi mutatarum, in vnam vocalēm vel diphthongum, cōmiftio: vt in his, *ἄληθεος*, *ἄληθεα*, *ἄληθη*, *ἄληθειν*, *ἄληθεοιν*, *ἄληθοιν* in quibus *ει* in *ει*, & *ει* in *η*, & *ει* in *οι* miſcentur, & contemperātur. Dicitur autē crasis à verbo *κεράννυμι*, cuius praeteritum actuum est *κεράνει* per syncopen, pro *κε-κεράνει*, vnde, paſſiuū *κεράνει*, à cuius ſecunda persona, videlicet *κερανεῖ*, fit verbale *κεράσις*, id est, miſtio, commiſtio, temperatūra, vel téperamentū, *κεραννύμι*, & *κεραννώ* ſignificat miſeo & temporo.

Animaduertes porrò omnē ſynæresim & crasis

sin fieri perperò vel ex duabus vocalibus breuibus in longam, vel vocalem vel diphthongum: vel ex breui & longa: & semper in longam. Quòd si cōtingat longam præcedere breuem, nulla inde fiet contractio, nisi rarissimè apud poetas, vt nōs fusius in nostro Enchiridio ad notionem accentuum, & quatitatis syllabarum. Tu reliqua exempla tibi deprote me ex Clenardo. Fuerit enim non difficile, præsertim industrio & ingenuè nato.

Prima decl. &c. Pag. 14.v.16.

Tres sunt terminationes ( quas Græci καταλήξεις vocant ) nominum omnium primæ classis contractorum: nempe ss, es, & os. Notabistamen in transitu, neutra in ss deduci à communibus in ss, atque adeo huiuscemodis inflectionis nomina omnia habere, & pro characteristica seu indice litera obliquorum casuum, ex qua vocali s, & sequente vel vocali vel diphthongo, contractionem fieri, eo quo ribi per scripti modo Clenardus in formula contractionum nominum primæ inflectionis. Adhæc, nomina quæ in omnibus casibus contrahuntur, ὁλοκαθὴ à Græcis dicuntur, à nomine ὅλος totus & πάθος, affectus, passio, & toto sint affecta, nempe in omnibus casibus contractionem recipient ut Ηρακλέης, ηρακλέης: ηρακλέος, ηρακλέως: & ita deinceps. Quæ vero non in omnibus sed in multis duntaxat contrahuntur, à Græcis πολυπαθὴ vocantur, a πολὺ, multum,

tum, & πάθος, affectio, & in multis, nec tamen in omnibus, casibus affecta sint contractione: vt Δημοσίους, Δημοσίεος, &c, & ita deinceps: in quo nominatius & vocatius singulares non contrahuntur, Idem iudicium de reliquis id genus. Sed reperiuntur non nulla in secunda potissimum declinazione, item in tertia, & quarta, quæ quia in paucis casibus patiuntur contractionem, vocantur propterea ὁλιγοπαθῆ, ὁλιγος enim est paucus πάθος vero passio, quasi paucipassa aut paucipatientia dicas.

Secunda declinatio pag. 17.v.13.

Secunda contractorum declinatio habet pro indice seu formativa obliquorum casuum breue, ex quo & vocali sequente semper fit contractio in longum, Omnis enim syllaba contracta longa est natura. Quòd si proprietate linguæ Ionicæ verteris, figuratiuam in e, eadem cum prima contractionem recipiet: sed in illis duntaxat casibus in quibus hæc secunda contractionem admittit. Est enim de classe ὁλιγοπαθῶν, id est paucipassorum.

Quinta declinatio, &c. pag. 18.v. 25

In hac declinatione quæ duntaxat contractions recipiuntur, nempe in a longum, & in e, fit enim ex voce communis linguæ vox Ionicæ, reuulso τ, litera characteristica. Deinde ex voce Ionicæ, vtpote hiulca, conflatur contractio, quæ propria est Atticorum. Et quia in hac

hac declinatione & breve, litera est characteristica vocis Ionicæ, ex qua cōsurgit Atticæ cōtractio, si aut. aut sequatur figuratiuā & semper in a fiet contractio: subscripto tamē iota, si a fiat ex aī. Quod si præcedat a, & sequatur a aut o, siue solū siue in diphthongo, semper fit contractio in a, subscripto tamen, si fiat ex i: sic, a.

In verborum coniugatione, &c. pag. 19 v. 10.

*Διαθέσεις* (id est dispositiones) verborum, formulæ videlicet cōiugandi ac figuræ tres sunt in verbis barytonis & circumflexis: nempe a actiuarum u. passiuorum, u. mediorum: a dispositio actiua est, id est, quædam cōiugandi formulæ, qua per omnes modos, omnia tempora, & omnes personas facilis notio est quæ terminatio actiua sit: ut γράφω, γράψει, γράψεις, γράψεται, γράψεταις, dispositionis actiue sunt, quia ex a deducuntur. De passiuorū & mediorum dispositione itidem est iudicandum. Appellatione dispositiōnum Demetrius τὰ γένη (id est genera) verborū intelligit. Sed ex hac nostra diuisione dispositiōnum, si dispositio pro genere sumatur, pallam est aliam esse rationem generum apud Latinos, & aliam apud Græcos. Genera Latina verbi significationem explicant: Græca vero pro dispositiōibus sumpta ductum siue filium coniugationis indicant. Quod si Græcorum genera non pro dispositiōibus sumas, sed Latinorum more illa quatenus verbi significatio-

nem

nem explicant, consideres, multo plura nec dubiè verborum genera apud Græcos reperies quam apud latinos: vt ex altera hac diuisione patebit, hoc modo γένες εἰπεργυτικὸν, id est, genus actiuum, vt τύπος, verbero: παθητικόν, id est passiuum, vt τύπομαι, verberor: ιδέτερον, id est neutrum, vt οὐχί αὔτε, id est valeo, εώς, viuo, καίνω, εἴτ' οὐκ μένω, id est commune, siue medium, vt βιαζομαι, id est, compello, vel compellor: cogo, vel cogor: violo, vel violor. Per se actiū, siue deponens, Græcæ, αὐτοεἰπεργυτικὸν, ή ιπθετικόν, vt μάχομαι, id est pugno, αὐτοπαθητικὸν, id est, per se passiuum, vt πάσχω, patior: οἰοεἰπεργυτικόν, id est, omnino actiuum in verbis neutrī, vt αἴσθομαι, id est, concendo. Et αὐτοδιέτερον, id est, per se neutrum, vt πλεύσω, id est ditesco: omnino passiuum, plusquam medium, seu plusquam commune: de quibus omnibus latissimè fe extendit diuisiō tum apud Gazam, tum apud Demetrium.

Quinta in λα μα να ρα, &c. pag. 20. v. 15.

Quinta cōiugatio habet quatuor liquidas siue immutabiles λ, μ, ν, ρ, characteristicas præsentis, & futuri, quæ manent in alijs quoque reportibus. Nō igitur figuratiuæ, sed ante ipsorum temporum figuratiuas: vt φαλλω, futurū φαλῶ: διφαλλα, ειφαλλα, ειφαλλω: Merito proinde immutabiles dicuntur, quia non mutantur in alias consonantes, sed eadem perpetuo retinentur: vel ita reiciuntur vt nulla alia consonans in ipsarum locum

locum sufficiatur. In alijs coniugationibus se-  
cūs, siquidem indices thematis verborum pri-  
mæ coniugationis,  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ , in futuro migrant in  
 $\delta$ : præteritū verò assumit  $\phi$ , pro indice, In  
alijs verò coniugationibus perinde, sola quinta  
excepta. Notio, Quandocunque est  $\sigma$  figuratiua  
futuri, est index præteriti perfecti. vt  $\sigma\delta\alpha$ ,  $\sigma\delta\beta$ ,  
 $\eta\kappa$ :  $\sigma\rho\delta\eta$ ,  $\sigma\rho\delta\omega$ ,  $\sigma\pi\pi\kappa\alpha\tau\delta\eta\omega$ ,  $\sigma\kappa\eta\omega$ ,  $\eta\kappa\eta\kappa\alpha$ . At in  
quinta coniugatione ( dicet aliquis) præteri-  
tum in  $\sigma\omega$  desinit, nec tamen futurum in  $\sigma\omega$ . Cui  
respondendum, non immetitò prorsus præ-  
quintæ sibi reseruasse  $\sigma\omega$  pro indice: si quidem  
proprietatem duarum linguarum, Aeolicæ vi-  
delicet & Doricæ, futurum in verbis omnibus  
quintæ in  $\sigma\omega$  desinit: retenta tamen ante  $\sigma\omega$  figu-  
ratiua vocis linguae communis: vt  $\varphi\lambda\lambda\omega$ , futurū  
communē,  $\varphi\lambda\lambda\delta$ , Doricum, & Aeolicum  $\varphi\lambda\lambda\omega$ :  
sic  $\pi\pi\pi\omega$ ,  $\pi\pi\pi\phi\omega$ ,  $\pi\pi\pi\pi\omega$ :  $\nu\mu\omega$ ,  $\nu\mu\omega\omega$ : & ita in reliquis.

Præsens singulare *tū mī*, pag. 22. v. 7.

Præfens, quod modò fit significat, vt λέγο, idest loquor. A Græcis vocatur ἐνεστός ζεύς, id est, instans tempus: ab ἐν, id est, in, & ἵσηι, sto. significat enim id quod ad est, quódque præfens est. Quippe actum ipsum existere, & nondum desississe indicat.

Imperfectum, &c. pag. 22. v. 15.

Præteritum imperfectum à Græcis παρατατικός  
χρόνος dicitur, id est, extensuum tempus, exten-  
so ytpote tempore in rem quæ agebatur non-  
dum

dum perfectam. Nonnulli Grammaticorum inchoatiuum modum nominant quia id quod agitur, partim quidem præterisse, sed adhuc pendere & quasi extensum esse, significata <sup>partio</sup>, id est extēdo: ut Quū tu rideres, plorabā.  
Datiis pluralibus, &c. pag. 22. v. 18.

Et verbis auctoris tibi ostenditur.

Et verbis autoris tibi ostenditur duntaxat  
linguæ communis appendix. Et verò lingua  
Attica sit eadem, etiam ante consonantem se-  
quentis dictionis capitalem, ut πυθαγόρας. Tu  
ergo hūc canonem sic colligas, Datiuis plura-  
libus in definentibus, tertij item personis  
quoruncunque verborum aut in aut in finitis,  
communes quidem, appendix addere con-  
sueuerunt sequente dictione quæ incipiat à vo-  
cali. Attici verò, etiam sequente consonante:  
Iones nunquam, quippe qui & dictionibus &  
orationibus quantumuis hiulcis gaudent aut  
certe in prædictis casibus & personis, vel & per  
apostrophen elidere solent. Et quia in mentio-  
nem apostrophi denuo incidimus, supplenda  
hoc loco sunt à nobis illa quæ de proprietate  
apostrophi incogitanter omisimus, quum de  
apostropho ageremus: nempe omnē vocalem  
quæ elidatur per apostrophum, breuem esse,  
etiamsi de classe bitemporearum sit. Quod si  
sint diphthongi *au* & *eu*, quæ natura sunt longæ,  
& in fine dictionum ante vocalem sequentis di-  
ctionis capitalem, ancipites: in ratione tamē  
apostro-

apostrophi, perinde atque in ratione assignandorum accentuum, pro brevibus habentur: & proinde apud poetas potissimum per apostrophum frequentissime eiduntur.

Diphthongi mutabiles, &c pag. 23. v. 10.

A & o, præpositiæ vocales in diphthongis mutabilibus, *eu*, *eu*, *oi*, nihil minus mutabiles sunt ac quum citra complexum diphthongi coincidentur. Nam a in i, o verò in e, proprias, ut pote longas commutantur, subiunctiua vero illis supponitur. At in diphthongis immutabilibus nulla fiet neque præpositiæ neque subiunctiæ, vocalis mutatio: nisi aliquando apud Atticos, qui ex diphthongis e & e conuertunt præpositiæ diphthongi in i, ut εὐχομαι, οὐχομιω, εἰδειν, εἰσειν. noteram: plusquam perfectum medium à themate εἰσειν. In i, autem iota subditur, quod illi est perpetuum, quando subiunctiua est in diphthongo propria, si ex propria conflaueris impropriam: non item.

Præteritum τέτυρα &c pag. 22. v. 26.

Ταπακέμενος ἥγενος, id est, adiacens tempus, quod vulgo Latinorum præteritum perfectum dicitur propterea absolutam actionem designat. Et Græcis adiacens tempus dicitur, quia quod iam primum factum est significat: a παρα ad iuxta: & κείμει, iacco: unde cōpositum παρακείμει, adiaceo, παρακείμενος, adiacens. Totum enim (vt dixi) actum exactū esse significat, sed paulo ante, ita

ita vt instanti seu præsenti adiaceat, vnde quia tēpus signat præteritū, sed limitatū & circūscriptū, ideo ab aoristo differt, vt aperiām suo loco.

Quod ad primam (scilicet syllabam) attinet. pag. 24. v. 3.

Quæcūque verba vocales habent diphthongosque tam mutabiles quam immutabiles thematis initiales, quæcunque item à consonantibus incepta, in principio imperfecti habent augmentum syllabicum positione longum, ea idē initium habent in omni bus præt. népe præterito imperfecto, perfecto, plusquamperfecto, & duobus aoristis: vt αὐτός, ιηνος, ιηνης, ιηνέτην λιηνον, σιηνέτηρα, ιηνειρον, ιηνειρη, ιηνειρην, ιηνειρηνειρον: eodem modo id genus reliqua omnia quæ sunt innumerā, quæque tua ipsius diligētia tibi venaberis in perlegendis magnis autoribus.

At dissyllaba quintæ, &c pag. 64. v. 25.

Ab hac lege exorbitat verba dissyllaba quinque coniugationis habentia μ quo indice tum præsentis tum futuri: siquidem non mutant ε futuri penultimam in ε in præterito, sed formate præteritum præteritive penultimam instar verborum sexæ coniugationis baritonorum aut certè primæ contractorū, Ac si νεμέω, vel per crasis νεμω, pro νεμω barytono vñitato dices: vnde futuri foret νεμίσω: vertendo ε in ε, præfixoq; augmento, ex futuro formaueris præt. νεμέψειν vñitissimum, & non νεμέψη. Quod quidem præformat paulo post Clenardus ascito n ad μ, per

epentesin videlicet vocalis ». Tu vtranque rationem expende, vt collatione vtriusque, & autoris & meam intelligas mentem.

Plusquam perfectum ἐτενθει, &c. pag. 25. v. 5.

Plusquamperfectum vocatur Græcis ὑπερσωτελεῖος χρόνος, id est, plusquamperfectum tempus Eius usus est Græcis qui & Latinis: ab ὑπέρ, superā, σωτ, cum, & τελέω, finio, perficio: quod finitum esse actum, & multo ante, significet.

In fronte assumitur e, &c pag. 25. v. 8.

Quæ habent e (incrementum syllabicum) breue in fronte imperfecti, quomodo ad præteritum usque plusquam perfectum crescant in principio: tu sic perpendito τέττα, prælens disyllabum est: ἐτυθοι imperfectum trissyllabum: τέττα perf. trissyllabum crescit vna duntaxat litera, quæ ex initio thematis repetitur supra augmentum syllabicum, si ipsum quidem fuerit breue, ad constitutionem primæ syllabæ præteriti perfecti τέττα: quod quia incipit à consonante, plusquam perfectum assumit de uno e, incrementum alterum syllabicum, sic, ἐτενθει. De reliquis idem iudicium. Notabis tamen, plusquamperfectum aliquando contéatum esse augumento præteriti perfecti, vt docebitur aliâs.

Aoristus primus, ἐτυθα, pag. 23 v. 26,

Αόπισος χρόνος, id est, indefinitum tempus, consummatam quidem actionem esse significat, sed indefinite, id est, neque multò neque paulò.

antè,

antè, indicat: ob idque αόπισος dicitur, ἀπίτη, se-  
paratim μοτίς, id est ab a priuatiua particula: & ὄπι-  
σος, id est, finitus, ορίζω, finio, definio. Differt au-  
tem αόπισος à παρακείμενῳ, id est adiacente, quod πα-  
ρακείμενος rem iam primum præteriisse indicat: vn-  
de dicitur adiacens, quasi iuxta id positū φ trans-  
fit. Αόπισος vero præteriisse rem significat, sed  
indefinitè, ( vt dixi) quia ambiguum est num  
olim an modò præterierit id de quo agitur,  
quum per indefinitum exprimitur: quod eius  
significatio alioqui præterita non circumscri-  
batur neque limitetur: vt quum dico τέττα, id  
est, verberauit, indica me iam primum verberasse.  
Quum verò ἐτυθα vel ἐτυπον dico, vtens in-  
discriminatim alterutro aoristo, verberasse me  
significo: verum ambiguus est quocum ego lo-  
quor, olimne an nuper verberauerim. Quæ du-  
plicis præteriti ratio vel hoc mihi probatur, φ  
actus alios παρακείμενος, alios verò αόπισος signifi-  
cantius exprimamus, Romanus vtrunque præ-  
teritum sub voce vnica confundit, vertens pro  
τέττα, ἐτυθα, & ἐτυπον verberauit. Gallus, propri-  
tatem Hellenismi felicissimè assequutus, pro  
τέττα suo idiomatice vertit, ie l'ay batu: & pro ao-  
risto vtrisque ἐτυθα, & ἐτυπον, ie le bati. At si aoristo  
adiunxeris aduerbiū ἀπτι, id est, nuper præteri-  
ti perfecti significationem fueris assequutus: vt  
ἐτυθα, vel ἐτυπον ἀπτι, hoc est, verberauit nuper,  
Gallicè, ie le bati na pas long temps, hoc est, τέττα

Grēce, *le l'ay battu Gallicè*. Si vero aoristo addideris *πάλαι*, id est, olim, plusquamperfecti significationem habueris: *sic ἐτύπα πάλαι*, id est *τέτυφεν*. Ambo autem indefinita significatione inter se conueniunt, sicuti & ambo futura. Proinde linguae locupletandæ gratia potius quam vlla necessitate excogitata videntur hæc duo tempora congeminata.

Ab indicat. &c. pag. 27. v. 31

Notio) Adde, modum Indicatiuum basim esse ac fundamētum reliquorum omnium modorum, quippe quum ex eius temporibus singulis singula sint formanda tempora in reliquis deinceps modis & participijs. Idcirco primū omnium tibi sedulò ediscendus, memorāque firmissima tenēdus, vt nullo postea labore possis inde aliorum modorum tempora corriuare. præsens à præsenti, præteritum à præterito, aoristum ab aoristo; futurum à futuro: vt viua voce (Deo aspirante) trademus.

Futurum quoque nec hic reperitur, pag. 28. v. 7.

Verba Demetrij sunt hæc, *Ἐτι ἐν τοῖς φροντι-  
κοῖς καὶ θεωρητικοῖς μελλοντες εἰς εἰσίν, οἱ δὲ πρίνοι μελλόντοι  
ἐχοι πριμασταν, καλῶνται τῷ αὐτῷ αὐτὸν παρεγγονται*. id est, Præterea imperatiuiis (inquit) & subiunctiuis futura non sunt, verūm aoristi futurorum habent significationem: denominationem autem sumunt ab illis à quibus deducuntur.

Nihil quicquam neque citius neque tenacius hærere

hærere potest quam id quod oculi memoriae commendarunt: idcirco breuissimos tibi prescribemus elenchos formulásque deductionum temporum non pœnitendas quibus citra laborem possis notionem assequi genuini discursus singulorum temporum per omnes modos & participia, deducendo illa à suis temporibus indicaui, hoc modo.

IMPERAT. *τύπει*, a in e conuerso.

Indic. Præsens. *τύπω*, & imperf. *τύπειν* quæ in alijs modis conjugantur, sic à superiore facta se per deductione.

Optat. *τύποιμι*, a in oui verso.

Subiunctiuis *τὸν τύπω*, vt in indicatiuo.

Infinit. *τύπειν*, à *τύπει* addito r.

Participium, *τύπων* à *τύπω*, additivo r.

IMPER. *τέτυφε*, a in e.

Indic perf. *τέτυψε*, & plusquamperfec. *τέτετυφεν*,

quæ in alijs deinceps modis coalescunt, sic.

Optat. *τέτετυφοιμι*, a in oui verso.

Subiunct. *τέτετυφω*, a in o.

Infinit. *τέτετυφιναι*, à *τέτυφε*, addendo rae, & accentu in penult. retracto.

Participium, *τέτετυφων*, a in o's.

IMPER. *τύφον*, a in o' verso.

Indic aorist. *τύψεις*, a quo

in reliquis deinceps modis rejice augmentum.

Optat. *τύψοιμι*, a in oui.

Subiunct. *τύψω*, *τύψει*, conuerso à in o.

Infinitiuas, *τύψει* à tertia indicatiuo e verso in o.

Particip. *τύψεις* à secunda indic.

- ētūus*, reiecto augmento.
- Imperatiuus *tūre*, or in *e*.
- Indic. Aorist. *ētūtov*, es, a quo deinceps reiicie- dum augmētum, vt in aoristo.
- Opratiuus *tūnōμi*, or in *oīμi*.
- Subiunctiuus *tūnō*, or verso in *a*.
- Infinitiuus *tūnēv*, idem cum se- cundo futuro, de quo paulò post.
- Partic. *tūnāv*, acuto *oī*, ex *oī* graui tono, & reiecto augmento.
- Indicatiū fut. prim. *tūp̄s*. Optat. *tūnōμi*, verso *a* in *oīμi*.
- Infinitiuus *tūnēv*, à *tūnō*, adden- do *v*, vt in præsentī.
- Participium *tūnōv*, *tūnēv*, addito *v*.
- Indic. fut. *tūnōv*, *tūnēv*, a. 2. aor. *oī* in *oīμi*, circumflexum, addendo *v*, aug- mento.
- Opratiuus *tūnōμi*, verso *oī* in *oīμi*.
- Infinitiuus *tūnēv*, à *tūnō*, adden- do *v*.
- Participium *tūnōv*, à *tūnō*, ad- dito *v*.

Iam verò reliquias formationes temporum tu ipse aut ex Clenardo aut ex quouis alio Grammatico aucupare. Fecisse nanque satis officio hoc loco mihi videor, si digitum ( vt aiunt ) in fontem intenderim vnde Græcarum literarum studiosi alias subinde at que alias a- liorum ex alijs temporum deriuationes hau- riant. Nec me fugit alios alia ratione deduc- tionis & excursus quoq; undam temporum ali- quando vsos. Mihi quidem certè placet facili- tas quam hactenus, siue Græca siue Hebraica fuerint

fuerint mihi tractanda, quàm potui diligē- tissime enixissimèque sum consecutus. Quod quàm verum sit attestari possunt ij iuuenes in- genui qui toto hoc septennio aut actennio pe- regrinas literas me profitentem sedulo studio- seq; audierunt. Nunc autem pergamus ad ver- ba passiua.

Fit ab actiūo, extrema, pag. 31.v.23.

In formatione præteriti passiui ex actiūo di- cit Clenardus extremam literam aut syllabam conuerti in *μα*. Tu autem hunc in modū distin- guito, vt dicas in prima & secunda duntaxat conjugationibus extremam literam, quæ per- petuò est *a*, conuerti in *μα*. In reliquis verò dein ceps conjugationibus in quibus videlicet præ- teritum in *να* definit, integra ipsa syllaba ex- trema *να* migrat in *μα*.

In prima coniug. &c. pag. 31.v.27.

Formando præteritum passiuum ex actiūo, inuenias primum ordinem mutarum inter se oppositarum hac ratione, nempe vt *o* sit index præteriti actiūi, in prima vero passiui persona & media ante *μα*: sed quia *o* cum sequente litera, quæ est *υ* malè cohæret: idcirco vertitur in *υ* alterum vitandæ cacophoniæ gratiâ, vt *τέτυρα*, *τέ- θυρα*, vnde *τέτυραμα*. In secunda verò & tertia persona, ante *ου* videlicet & *τη*, est *ω* tenue, vt *τέτυραι* pro *τέτυπαι*, *τέτυη*. ¶ enim valet *ως*, vt nos docuimus suo loco.

In secunda coniugatione secundus ordo mutarum inter se, eo quo suo loco docui modo oppositarum, format præteritum passiuum ex actiuo: sic  $\chi$  sit index præteriti actiui, verò, quæ media est ante  $\mu\alpha$ , in prima videlicet præteriti passiuui persona sedem habeat: in secunda verò ac tertia eiusdem præteriti passiuui persona singulari, ante  $\tau\alpha$  &  $\tau\omega$  videlicet, est  $\kappa$  tenuis, vt λέλεχα, λέλεγμα, λέλεξαι pro λέλενοις, λέλενται enim, vt ante dictum est, valet  $\kappa\sigma$ . At in præteritis reliquarum coniugationum isthac mutarum, oppositio locum habet, minimè, nisi demum in quarta, si quando in formatione futuri, & præteriti perfecti secundam imitetur coniugationem: de cæteris autem consulto Clenardum.

Sexta coniugario nunc, &c. pag. 34. v. 2

Verba illa quæ ex sexta barytonorum migrat in aliquam classem contractorum, si perfecti actiui penultimam longam habuerint nihil ante te  $\mu\alpha$  assumunt: ut ποίω, πεπίκνα, πεποίκμαι: βοῶ, βεβόνη, βεβόμαι: γενοῖσθαι, κεχρύσωναι, κεχρύσωμαι, finbre-ueum, ante μαι assumunt σ, ut τελίω, τετέλεσαι, τετέ-λεσμαι: γελάω, γεγλάσκει, γεγλέσμομαι. Sunt quæ abs-que σ proferuntur: ἀρώ, ἄροιται, ἄρομαι: δέω, δέδεκται, δέδημαι: δράω, δέδρακε, δέδραμαι. At verba sextæ coniugationis contracta, quandoque σ recipiunt ante μαι: ut ἀκέω, ἄκυσμαι, id est, audio, au-ditus sum: κελεύω, iubeò, hortor, κεκέλευσμαι, κλείω, claudio,

claudio, κέκλησματ, & κέκλησματ μήν, contraho, clau-  
do, μέμυσμα: στίω, quatio, στονισμα: κρέω, pulso,  
κέκρυσμα. Quandoque nihil ante μαι asciiscunt:  
vt λύω, soluo, λύσματ, βασιλεύω: rego, fastigio, cla-  
reo, sceptra teneo, βασιλεύματ: & alia id genus,  
si qua reperiantur, eodem modo formabuntur:  
quæ tu tua ipsius diligentia lectione accurata  
venaberis.

Formula discursus ac deductionis temporum  
vocis passiuæ baritonorum per omnes modos  
& participia.

**O P T A T.** τυποίμω, ομοις, in οίμω,  
vel ab actiuo μι in μιλω: τυποίμι,  
τυποίμω.

Subiunct. εἰς τὸν πόλεμον, ut in indicatiō: sed praecedens μας, migrat in ο.

**Infinit.** τύπιες, à secunda plura-  
li indicatiui, verso : in *α*: vel  
à tertia singul. vertendo τα  
in *άς*.

**Particip.** τυπόμενος, verso μει in  
μένος.

**IMPER.** *tertufo*, à secunda plus-  
quam perfecti, sublato aug-  
mento.

Optat. τετυμένος εἴλω. Suppletur  
per participiū præteriti tem-  
poris

poris & verbum substantium optatiui modi, vt apud Latinos.

Indic. perfect. *τέτυμας*: & plus quæperit. *έτετύμης* quo in aliis deinceps modis coiugantur vt in voce actiua. Formatione eorum vide apud Clenardum.

Subiunct. *ἐὰν τετυμένος* *εἴης*, *εἴσῃ* per participium præteriti temporis, & verbum substantium subiunctiui modi, more Latinorum.

Infinit. *τετύθει*, à secunda plurali indicatiui, verso ε in α & accentu retracto in penul. vel à tertia singularis, mutatis tenibus in aspiratas.

Particip. *τετυμένος*, à prima singulari. μαι verta in μένος.

I M P E R. *τύθητι* à tertia indic. si videatur, sublato augmento & addito vel ει vel η. Vide Clenard.

Indicat. aorist. 1. *έτυθης*, à *τέτυ* θη, sublata reduplicacione, tenibusque mutatis in aspiratas, & αι in η. vide Clenardum.

Opt. *τυθείλω*, à prima sing. sublato incremento, & inserta diphthongo ε inter mutam aspiratam & terminationem η, vt vides.

Subiunct. *ἐὰν τυθῇ* à prima bngul. sublato augmento, & verso in ο circumflexum.

Infini. *τυθθῶμαι*, à tertia sing. sublato augmento & addito ηαι.

Partic.

Partic. *τυθεῖς*, à secunda singulari indicatiui, sublato augmento, & acuto ε pro η' vide- licet.

I M P E R A T I V U S *τύθη*, à tertia singulari, sublato augmento & addito ει.

Optatiuuus *τυθέλω*, à prima singulari, reiecto augmento, & interiecto ε diphtongo, vt in priore aoristo.

Subiunct. *ἐὰν τυθῶ*, à prima singulari, si videatur, remoto augmento, & η in ο verso.

Infint. *τυθείλω*, à tertia sing. sublato augmento, & addito ηαι.

Particip. *τυθεὶς*, à secunda sing. sublato augmento. & acutona ultima, & assumpto ε pro η'.

O P T A T. *τυθησόμενος* à prima singulari, ομαι in οίλω.

Indicat. fut. 1. *τυθθήσομαι*, à secunda primi aorist. persona sublato, augmēto, & addito ηαι: vt έτυθης, τυθθήσο-

μαι.

Infinit. *τυθθήσεσθαι*, à secunda plurali sui temporis indic. conuerso ε in αι, vt in præsenti.

Participium *τυθησόμενος*, à prima singulari. μαι in μένος.

O P T A T. *τυπησόμενος*, à prima singulari, ομαι in οίλω verso.

Infini-

Indicat. fut. 2. τυπήσαι, à secunda persona  
2. aorist. sublato aug-  
mento, & addito ομαί:  
vt ετύπησ, τυπήσομαι.

Infinitiuus τυπήσεις, à secun-  
da plurali sui téporis in-  
dicatiui sed in a.

Participium τυπηθόμενος, à pri-  
ma singulari sui tempo-  
ris indicaniui modi, μεν in  
μένος: τυπηθόμεναι, τυπηθόμενος.

Ind. paulo pòst, fut.  
τετύφουαι, à secunda per-  
fecti, interiectio ομαί: vt  
τετύφουεις, inter. & a.  
inter posito ομαί, fit τετύ-  
φουαι (vide Clenardii)  
& contra naturam fu-  
turonum, quippe aug-  
mento carentium, reti-  
net augmentum, præ-  
ritia quo formatur: id-  
que in omnib. modis.

OPTATIVVS τετυφούμενος, à  
prima singul. ομαί in αύτῳ  
verso.

Infinitiuus τετυφεῖσις, à secun-  
da plurali indicatiui,  
verso in a.

Participium τετυφέμενος, à pri-  
ma singul. verso μεν in με-  
νος, vt τετυφουαι, τετυφ-  
έμενος.

Ne te moueat, studiose lector, quòd aliam  
viam ingressus ego, alia plerunque ratione &  
methodo vsus sim quām alij Grammatici con-  
fessati sunt. Mihi in puibusdā placuit alia sub-  
inde atque alia præceptio, non in omnibus, in-  
quam, sed in nonnullis duntaxat. Studui enim  
(vt prædixi) & facilitati, quantum in me fuit, &  
breuitati, si alia methodus tibi arrideat, eam  
amplectare: si compédiariam magis nactus fue-  
ris viam, eam ingredere, ea insiste. Nihil enim  
refert quo quisque modo quāque ratione di-  
scat, quomodo rem rectè intelligere queat. In  
hisce

hisce formulis, à me breuitatis ergo tibi præ-  
scriptis, primas quāsque personas in singulis  
temporibus tibi præposui: reliquas autem, at-  
que adeo notionem totam excursūmque con-  
iugationis integræ per omnes personas & nu-  
meros, ex Clenardo expiscare, volui enim hanc  
tibi præscribere viam rationémve, qua post  
quam ex Clenardo solidam coniugationem di-  
diceris, memoria tuæ possis, nullo propè nego-  
tio, inculcare, ea præsertim quæ in tanta mul-  
titudine, tot salebris sinuosisque anfractibus,  
facilè memoria elabi possunt & excidere. Tu,  
qd ea quæsiuerim diuerticula in quibus vtpote  
animū iam multis laboribus exatlatis, multisq;  
sudoribus fatiscentē recreare ac reficere possis,  
æqui bonique consulas. Quoniam autem &  
actiuum & passiuum absoluimus, reliquum est  
vt de verbo quoque medio nonnihil agamus.

Verbum medium, &c. pag. 35. v. 24.

Ab actiuo & passiuo medium verbum defle-  
ctunt Græci, quod significationis vtriusque sic  
particeps. Aliquando enim actiue, aliquando  
etiam passiue significat, pro ratione vtpote  
constructionis.

Præsens & imperfectum verbi medij eadem  
prorsus sūt cum verbo passiuo. Perfectum verò  
& plusquamperfectum formātur ab actiuo per  
indicem secundi aoristi & secudi futuri, cum fi-  
nali & augmento perfecti & plusquamperfecti  
actiuo-

actiuorum. Proinde superiuocaneum foret hoc loco proponere elenchos deductionum eorum temporum: siquidem iam præsenti & imperfetto medij verbi satisfecimus in formula passiuorum , à quibus in duobus illis temporibus medium ne latum quidem vnguem discedit. Quantum autem attinet ad perfectum & plus quamperfectum, sequeretur tabellam actiuorum. Reliquum igitur est vt perstringamus vtrunque aoristum , & vtrunque futurum , in hunc modum.

**I M P E R A T.** τύψαι, à secunda indicatiui, ἡ verso in αι: & abieicto augmento: vt ἐτύψω, τύψαι, ἀθω.

**Opt.** τυψάμενος: vnde & quo modo imper.addendo μιλω.

**Subiunct.** εὰν τύψαμαι, à secunda indicatiui sublato augmēto , & addito μαι.

**Infinit.** τύψεσθαι, à secunda plurali indicatiui modi, sublato augmēto, & ἡ verso in αι.

**Particip.** τυψάμενος à prima singulari, μαι mutato in μένος, & abieict augmento.

**I M P E R A T.** τυψεῖ, à secuuda sui tēporis indicatiui modi sublato augmento, & circumflexa flexa

**Indica.** Aor. pri  
mus mediū ἐτυψάμενος, ab ἐτύψαι  
primo Aorist. A-  
ctiuo , addendo  
μιλω, vt ἐτύψαι, ἐτυψάμενος.

flexa vltima , vt ἐτύψει, τυψεῖ,

τυψάμενος.

**Opt.** τυψάμενος , à prima singulari sublato augmento, & verso penultimae in αι.

**Subiunct.** εὰν τύψαμαι, à prima singulari , μαι vertendo in ομαι, cum auulfione augmenti.

**Infinit.** τυψέσθαι, à secunda plurali verso ε in αι, & augmento sublato.

**Participium** τυψάμενος, à prima singulari verso μιλω in μένος, cum reictione augmenti vt ἐτυψά-  
μενος, τυψάμενος.

**Indicat. Fut. 1.** mediū τύψουμαι , ab actiuo τύψαι, ει in ομαι.

**O P T A T.** τυψάμενος, à prima singulari ομαι in ομιλω.

**Infinit.** τύψεσθαι, à secunda plurali, ε verso in αι.

**Particip.** τυψάμενος, à prima singulari verso μαι in μένος.

**Indicat. Fut. 2.** medium τύψειμαι  
a 2.Fut. Act.δ circumflex. vertendo  
in ομαι: vt τυψεῖ, τυψάμενος.

**Infinit.** τυψεῖσθαι, à secunda plurali, ε verso in αι.

**Particip.** τυψάμενος , à prima singulari verso μαι in μένος.

**Notio.** Ex præcedentibus igitur palam est τυψάμενος, vt passiuum, significare, percutior : vt medium

medium autem, percutio vel percutior: sic reliqua & tempora & modos huiusc verbi aliorumque consimilium communiter exponito. Habent & verba deponentia Græci, quæ sola voce passiua flectuntur, actiue tamen perpetuo significant, vt ἐργάζουαι, operor, ἐργάζομαι, opera-bar, ἐργασμαι, operatus sum. In hisce deponentibus coniugandis, primùm omnium fingenda est vox actiua, etiam si abusiua sit.

Contractiones verborum, pag. 44.v.ii.

Verba grauitona, actiua, passiua, & media, hactenus explicuimus quām potuimus breuissimè. Siquid enim in nostris hisce annotationibus desideretur, illud supplendum est ex Clenardo, siquidē illa duntaxat volui attingere de quibus obscurè nimis loquitus fuisset Clenardus, aut de quibus etiam nihil prorsus dixisset. Nunc restant determinanda circumflexa, de quibus animaduertas canones sequentes licet.

Verborum circumflexorum coniugationes sunt tres: quæ quidem certè distinguuntur per figuratiuas verborum grauitonorum sextæ coniugationis, a quibus deducuntur.

Hæ charactere seu figuratiuæ sunt tres mutabiles ε, ο, ω: vnde si verbum grauitonum sextæ coniugationis definat in ε, circumflexū ex eo erit primi ordinis coniugandi, vt ηοιει, ηοιε: si in ο, secundi: vt βοιω, βοη: si in ω, tertij, vt χεισω, χειω. Proinde per ε primam, per ο secundam, per ω tertiam

tertiam dignoscimus coniugationem. Ab alijs autem verbis grauitonis nulla deducuntur verba circumflexa. Circumflexa ob id dicta sunt quod syllabam ultimā circumflectant, aut saltem syllabam affectam contractione, (nisi sequens repugnet) quemadmodū & grauitona ab accentu graui quo afficitur syllaba finalis. Dixi, nisi sequens repugnet, quia longa etiam contracta, ante aliam longam acuitur, vt ηοιειοιω, ηοιειοιω. Contracta vero, quia fiunt ex contractione vocalis figuratiuæ ipsius verbi grauitoni cū sequente, vel vocali, vel diphthongo, Quum igitur constet ex præcedentibus omnē contractionem fieri in hisce verbis ex vocalis figuratiua verbi grauitoni, eademq; breui, nempe ε, ο, ω, & sequente, vel vocali, vel diphthongo: talē vero vocalium concūsum tantum reperiri in prima coniugatione téporum (hoc est, in præsenti, & imperfecto) quę habent easdē formatiuas inter se, vnde cognata dicuntur tempora: fit propterea, vt hæc verba habeant duntaxat duo tempora, præsens, & præteritum imperfectum, in omnibus modis, & participiis. Quocirca superuacanū fuerit in verbis eiusmodi cætera requirere tempora, quum ea sint grauitonorum sexti coniugatus, de quibus superius abundè satis diximus. Enimvero quia verba hæc contracta formantur à grauitonis actiuis, passiuis, & mediis, nemo attentet ea coniugare antequam grauitonum

M M  
tertiā

nortim coniugationem exactè & tanquam proprios vngues tenuerit: alioqui ventos retibus captaturus . Tota enim eorum difficultas in contractione consistit: quam tu prorsus deuitaueris, si grauitonis coniugationibus perspectis, & cognitis, canones pro formula contrahendi à Clenardo tibi præscriptos notaueris . Et quia tres ( vt diximus ) sunt coniugationes contractorum tres etiam pro numero coniugationum elenchos , quas figuræ contractionis vocant, tibi præscripsit. Quas formulas habebis ob oculos , siquidem ex nobis alias non habebis . Verum enim uero notabis sedulò, in omni formula seu elenco quatuor vocales , & quatuor diphthongos sequi continentur. vocalem figuratiuam cuiusque verbi grauitoni sextæ coniugationis . Vocales eiusmodi sunt: duæ breues, videlicet  $\alpha$ ,  $\epsilon$ : & duæ longæ  $\alpha$ ,  $\epsilon$ . Quatuor autem diptongi sunt,  $\eta$ ,  $\omega$ ,  $\tau$ ,  $\rho$ , cum subscripto , vt videas apud Clenardum in singulis formulis. Si sequatur figuratiua cuiuslibet coniugationis, fit semper contractio in  $\omega$ .

Indicat. præsens  $\alpha\omega\epsilon\omega$ ,  $\tilde{\omega}$ , pag. 46. v. 4.

Ratio contrahendæ primæ coniugationis est eiusmodi: si diphthongus aut vocalis longa naturâ sequatur figuratiua  $\omega$ , in eandem sequentem fieri debet contractio: si vero  $\alpha$ , in  $\alpha$ : si  $\epsilon$  in  $\epsilon$ . Vide Clenardum.

Indi-

Indicat præsens  $\beta\omega\epsilon\omega$ ,  $\tilde{\omega}$ , pag. 50. v. 2.

In secunda coniugatione si figuratiuam sequatur vel  $\alpha$ , vel  $\epsilon$  fiet in  $\alpha$  contractio: si vero vel  $\eta$ , in  $\alpha$ , quod si sequatur in diphthongo, supponitur vocali contractæ,  $\omega$ , vel  $\epsilon$ , vt vides. Si autem  $\omega$ , prorsus subtrahitur . hinc constat liquidò , in hac coniugatione secunda omnem contractionem fieri in  $\alpha$  vel  $\epsilon$ .

Indicat. præsens  $\chi\rho\sigma\alpha\omega$ ,  $\tilde{\omega}$ , pag. 53. v. 11.

Contractio tertiae coniugationis sic fit: si figuratiua sequentibus duabus breuibus, videlicet,  $\alpha$  &  $\epsilon$  aut etiam  $\eta$  diphthongo, in  $\alpha$  contrahitur. Si vero sequatur  $\omega$ , aut quæcunque alia diphthongus, contrahitur in  $\omega$ . At Theodoro Gazæ placet, sequente  $\eta$  monophthongo contractionem fieri vel in  $\alpha$  vel in  $\epsilon$ : cui tamen refragatur Chrysoloras , cui placet  $\omega$  in diphthongum  $\alpha$  duntaxat contrahi. Hinc palam est , omnem huius coniugationis contractionē fieri in  $\alpha$ ,  $\epsilon$ ,  $\eta$ ,  $\omega$ .

Monosyllaba circumflex. pag. 56. v. 18.

Verba (inquit) contracta reperiuntur monosyllaba in secunda coiugatione,  $\alpha\omega\alpha$ ,  $\beta\omega\beta$ :  $\delta\lambda\alpha\alpha$ ,  $\delta\lambda\omega\omega$ ,  $\kappa\lambda\alpha\alpha$ ,  $\kappa\lambda\omega\omega$ . Sequitur apud Clenardum . In prima vero minimè quem locum sic legimus , In prima vero primæ coniugationis persona singulare minimè:nec in prima plurali, nec tertia, &c. Constat locum hunc vel librariorum vitio corruptum esse , vel Clenardum non satis dixisse : idque ex verbis Demetrij, qui sic locum

M 2 hunc

hunc tractat, τούτων δὲ τὰ πρῶτα αράστα ὅπλη οὐ ὄρισκεν εὐεῖσθας καὶ παραγετικές καὶ ἐπίτα τρίτα τῇ πληθωρικόν, καὶ συμπλοκή του, τὸ δὲ ἄλλα συμφέροντα διπλέχεται, οὕτω. Πλέον, πλέοντις πλέον: πλέον πλέον: πλέοντον πλέοντον: πλέοντον πλέοντον, πλέοντε πλέοντε, πλέοντιν. Εἴπλεον, ἔπλεος ἔπλεος, ἔπλεον πλέον: ἐπλέοντον ἐπλέοντον, ἐπλέοντος ἐπλέοντος: ἐπλέοντος πλέοντος, ἐπλέοντε πλέοντε, ἐπλέοντιν. idest, Horum vero primæ personæ in indicatio præsenti, & imperfetto præterito, etiam tertiae plurales, non contrahuntur, alia autem contractionem recipiunt, ut πλέον, id est nauigo, &c. ut supra, Adde quod & optatiua & subiunctiva huiuscmodi verborum non contrahuntur prorsus. ut πλέοιμι, πλέοισι: εἰπώ πλέον, πλέον, &c. Et de circunflexis quidem hactenus: nunc ad verba in μι transitus est faciendus.

Indicat. præsens τιθημι, pag. 62. v. 22.

Verba in μι à terminazione nomen sortita sunt, verba autem grauitona & circunflexa, ab accentu.

Verba in μι quatuor habent coniugationes: quarum tres primæ deducuntur à verbis grauitonis, sextæ coniugationis: habentibus circumflexum. Quæ autem in μι sunt quartæ, à verbis item sextæ desinentibus in νι: habentque omnia verba in μι tria duntaxat tempora, præsens, præteritum, imperfectum, & aoristum secundum. Cætera quæ verbis in μι tributuntur, tempora sunt grauitonorum. Proinde verba in μι primæ

coniug-

coniugationis fiunt à verbis in ει: secundæ, à verbis in οι: tertiae à verbis in ηι: quartæ, à verbis in νι: desinentibus, mutando ο finale in μι, penultimas vocales mutabiles in proprias longas, hoc est, & α in ει: & ο in ηι: per se producitur. Quæ longæ vocales in duali & plurali omnium actiuorum primæ coniugationis, & in omnibus passiuis & medijs, iterum mutantur in suas breues. Verbis in μι trium primarum coniugationum, & grauitonis item eorum thematis Iones præfigunt augmentum, aut etiam loco ηι, in quibusdam ει, cui(nisi extendatur positione, aut proponatur verbo incipienti à vocali) præponitur consonans capitalis litera ipsius thematis. Vnde fit ut verba eiusmodi trium sint, ut minimum syllabarum. Quæ autem nos hoc loco augmenta vocamus, Clenardus reduplicaciones proprias, & improprias appellat.

Superiorum regularum exempla.

Themata grauitona vnde fiunt verba in μι.

δέω,	τιθέω,	τιθημι.
δίω,	διδέω,	διδημι.
ζευγίω,		ζεύγημι.
σιω,	ισάω,	ισημι.
ἴω,	ἴεω,	ἴημι.

Reliqua autem quæcumque tradi possunt de verbis in μι præsentia, tibi ex Clenardo supplenda sunt, siue ad coniugationem ea spectent, siue

ad temporum deductionem , cuius certè deductionis formulas tibi præscripsisse, haud secus ac feci in verbis grauitonis, nisi subiisset vereri, ne nimius essem in re ex antecedentibus perspicua satis . Nunc autem reliqua pergamus annotare , quæ Clenardo intacta , aut ab illo non satis discussa, per necessaria videbuntur.

Tertiæ personæ singul. δ, ε, η, p.76.v.17.

Nominatiuus δ, pronominis primitiui, auctore Demetrio, est abusiuus: sed à casu gignendi δ, id est sui, incipiendum : id quod Latini imitati Græcos fecerunt.

Attici demonstratiuis. pag.77.v.7.

Singulis casibus pronominum demonstratiuorum Attici addunt iota acutitonum, idque auctore Demetrio, ἀπὸ τατεῖον ἐνθεῖεν, id est, ad maiorem demonstrationem . In nono autem versu eiusdem paginæ, τοὐτὶ, & τωτὶ, pro τοὐτοὶ, & τωταὶ, dicta sunt per syncopen, vitandi hiatus gratia.

Contrahuntur etiam nomina in οος, pag.86.v.22.

Vox incontracta nominū in οος desinentium, tertia est declinationis simplicium: declinaturque instar nominis λόγος, λόγου . Eo namque modo, quo in secunda, reperiuntur quædam in casibus omnibus contractionem recipientia , vedi docuit Clenardus pag. 86. versu 22. Eodem quoque modo hæc in omnibus casibus contrahuntur. consule Clenardum.

Sic

Sic χρύσος, τελέος. p.86.v.6.

Nomina metallica contractionem admittentia in syllabam contractam , accentum (contra canones communes omnium aliorū nominum) retrahunt, vide Clenardum.

Acuta in ου τελέος. p.87.v.13.

Meminit hoc loco Clenardus eorum nominum quæ à Theodoro dicuntur nomina primi seu prioris ν, & nomina secundi ν . illa enim apud Theodorum dicuntur primi ν quæ in obliquis pro ν finali recti, & primi casus, assumunt ε, vt ηδὺς, ηδέος: secundi autem ν, vocantur illa quæ in omnibus casibus retinent ν: imò quæ in contractis casibus in ν contractionem ferunt, vt εἰδένεις, βούρνος, οἱ & ἡ βούρνεις, βούρνος: τοὺς βούρνους, βούρνος. consule Clenardum pag.87.v.17.

Attici terriis person. pag. 90. ver.11.

Si vel aliquatenus te torquat hic locus Clenardinus, vide tu ea , quæ de appendice tum Attica tum communi superius dixerim in eum locum Clenardi, vbi pag. 22. versu 18. sic habet, Datius pluralibus , aut personis in ν desinentibus, &c.

Litera ρ. &c. pag.90. v. 24.

Verba omnia, quorum litera capitalis themati est ρ, quia ρ consona est, syllabicè augentur, sed vt ε syllabicum augmentum sit positione longum, ρ geminatur in præteritis post ipsum augmentū, πέντε, επέπεντε, πέπεντε, επέπεντε. sic reliqua cohors

M 4 ver-

verborū à p incipientium. Cæterum de tenuando & aspirando p, siue in principijs dictionum, siue in medijs dictionibus, abundè satis, nisi fallor, loquutus sum initio harum adnotationum, tu igitur si quid hac in re hoc loco desideres, illinc repetas.

In incremento, &c. pag. 91. v. 4.

Duo sunt verba ab a incipientia, quæ contra normam aliorum non mutant a in n in Præterito imperfecto augmenti temporalis recipendi gratia, propter concursum, ut pote duorum in vitandum: *ἀνθέαω*, defuesco: Imperfecto *ἀνθέασσον*, & non *ἀνθέασσην*. Sic *ἀνδιζόμει*, abhorreo: Imperfectum *ἀνδιζύπλω*. Nec item ista duo, a spiro, ne coincidat cum *ἵπνον* ibam, *ἵπνω*, audio, *ἵπνον*, ne denuò concidat cum imperfecto *ἵπνον* ibam.

Diphthongum oī hæc, &c. pag. 91. ver. 21.

Verba quæ hoc loco citantur à Clenardo, non mutant a in Præterito imperfecto, sed illis superaddidit Vrbanus *οἰμοζω*, id est, lugeo: Aoristo primo tamen usus est Plutarchus *φοιμοζεῖ*: & Lascaris in tractatu de verbis anomalis ita dicendum esse censet. Aduertendum autem est, pleraque eiusmodi verborū, aut anomala esse, aut defectiva, aut certè inusitata in quibusdam temporibus. Proinde ex autorum classicorum accurata lectione usus eorum est attendendus.

Compositi augentur, &c. pag. 91. ver. 25.

Præterea quæ iam de augmentatione dicta sunt, scien-

scendum, Verbum cum Præpositione compostum, non plus significas, quam simplex, augeri in principio totius compositi: hoc est, si sui simplicis significationem seruet, suscipere augmentum ante præpositionem, scilicet in principio Verbi: *vitēσο*, dico, componitur cum *ἐν*, & idem significat, *ἐνέπω*, *ἐνέποντείδο*, dormio, *καθεύδω*, idem, *ἐκαθεύδον* compositum ex *ἐν* & *ἴησο*, abiecta per Apostrophum extrema vocali Præpositionis, & muta tenui conuersa in suam aspiratam, propter aspiratam sequentem vocalem. Tenuis enim muta, ut ante diximus, ante vocalem aspiratam semper transit in suam aspiratam. Præpositione vero plus significari addente, notandum fieri augmentum in principio Verbi simplicis, non præpositionis per compositionem verbo præfixæ, hoc est, ut apertius loquamur, Verba composita si significationem simplicis mutent, suscipiunt augmentum inter præpositionem & Verbum: ut *λαλέω*, loquor, *καταλαλέω*, detraho, *κατελάλεον*, γράφω, pingo, scribo, *καταγράφω*, describo, depingo, *κατέγραφον*, audio, *παράκουω*, dissimulo audire, ob audio, *παράκουον*. In quibus adueniente augmentatione abigitur ultima vocalis, ut prædiximus, præpositionis, præterquam ab his duabus *ἐν* & *ἐπὶ*: ut *τρέχω*, curro, *προτρέχω*, præuerto cursu, præcurro, *προτρέχων*, ἔρχομαι, eo, venio, *προτρέχων*, oberro, obambulo, *προτρέχομεν*.

Quædam

Quædam Attici augent initio, &c. pag. 91. v. 28.

Docet hoc loco Clenardus, quædam composita more Attico suscipere augmentum in principio, quædam in medio, & quædam utrinque quorundam tamen simplicia themata sunt abusiva.

Attici inchoatorum ab ε, &c. pag. 92. v. 16.

In verbis incipientibus ab ι, α, ο, Attici præterito communi Actiuo, Passiuo, Medio, duas literas initiales præsentis anteponunt, corripiuntque sepius tertiam à principio syllabam, si verbum quadriflyllabum excreuerit: vel si muis, hanc regulam accide his verbis, Præterito communi Verborū à breui vocali mutabili incipientium, Actiuo, Passiuo, & Medio. Attici duas primas literas thematis præfigentes, tertiamque à principio syllabam corripientes, si tres syllabas excesserit, proprium præteritum faciunt Actiuum, Passiuum, & Medium. Tertia syllaba hoc modo corripietur, si longa fuerit, videlicet η in ε, & ο in ο conuertetur: & subiunctiuæ quidem, vt pote ι, υ, præpositiuam reijcent: verò subiunctiuas abiijciet, ex diphthongo, si tertia à prima syllaba, longam vocalem, diphthongumve habuerit, Quod si breuem vocalem, eam retinebit. Itidem & communem siue bitempoream: videas tamen in quibusdam tertiam à principio dictionis syllabam longam esse positione, sed non natura.

Præ-

Præsentia. Præterita cōmunia. Præt. Attica.

ἀλιθός, molo	ἄλινα	η,	ε	ἀλύτεκα.
ἱρωτάω, interrogo	ἱρώτικα	ω,	ο	ἐριρότικα.
ἀλείφω, vngō	ἄλειφα	ει,	ι	ἀλίλιφα,
ἀλεύθερος, venio	ἄλευθα	ευ,	υ	ελίλυθα.
ἐποιέζω, paro	ἐποίμακα	οι,	ο	ἐποιτόμακα.
ἀκούω, audio	ἄκκηνα	ου,	ο	ἀκίκηνα.
ἐγείρω, conGrego	ἐγερκα	ε,	ε	ἀγήγερκα.
ἐγέρω, excito	ἐγέρκα	ε,	ε	ἐγῆγερκα.
ἀλέω, perdo	ἀλεκα	ει,	ε	σλάλεκα.
ὁμόσ, iuro	ὁμοκα	ο,	ο	ὁμαίμοκα.
ἐρίζω, litigo	ἐρίκα	ι,	ι	ἐρηρίκα.
ὑρίσκω, fodio	ὑρίχα	υ,	υ	ῳράρυχα.
ἀλλω, perdo	ἀλλα			ῳλλαλα.
ἐπίω, video	ἐπια			ἐπωπα.
ἐδω, cōmedo	ἐδω			ἐδηδα.
ἐξο, oleo	ἐξε			ἐδωδα.

Similiter in Plusquamperfecto fit Attica reduplicatio, vt ex ὠράρυχα, ὠρωρύχειν: ὁμάμοκα, ὁμωμόκην: & sic de similibus.

Attici præterea, pag. 93. ver. 16.

Themate à λ & μ incipiente, Attici in præterito, pro λ, & μ, reiectis, ipsi e psilo asciscunt ι, vt confletur diphthongus η, vt λησω, λέιψα, εἴληψα, εἴληψιαι, εἴληψιων: μείρω, μέρωμαι, μέμαρμαι, εἴμαρμένω, εἴμαρμένη, &c. consule Demetrium.

Futura tria sunt. pag. 95. ver. 1.

Dicit Clenardus tria esse Futura, quæ spiritum Præsentis seu thematis non seruant, sed nullam

nullam ille addit rationem, præterquam de Futuro ἔξω, quæ tamen est inualida, si proprius ingenij aciem intendas. Sed illa potius danda erat ratio, quæ omnibus communiter inferuireret, nempe ne duæ aspiratæ concurrerent in Principio dictionis. Exempla tibi ex Clenardo petenda sunt, & adamussim examinanda.

Quatuor Attici, &c. pag. 96. ver. 10.

Hæc regula strictior est, quæ sit operæ pretium: siquidem in numerum quaternarium cogi non debet, quia passim apud Aristophanem, & alios classicos autores Græcos inuenias omnia, sine ullo discrimine, verba formare secundas, rū præsentium, tum futurorum omnium personas, in «, pro », tu videris.

Et tertia pluralis in Aorist. pag. 108. ver. 20.

Putat Clenardus Syncopen esse, quum dicatur ἡγέρθεν, pro ἡγέρθονται, & ἐκόσμηθεν pro ἐκόσμηθονται: id quod profectò non fecisset, si proprietatem linguæ Boeoticæ expendisset, quæ in Aoristis passiuis è primus singularibus in lvs desinentibus, amborum quidem Aoristum passiuorum lv in « mutata, format tertias plurales, vt ἐκόσμησλv, verso » in «, fit ἐκόσμηθεν: alioqui si cum Clenardo Syncopen esse censeremus, dicendum foret ἐκόσμηθεν, per a facta Syncope, quod omnino est absurdum. rectè contrà sentit de reliquis, quæ ille de Syncope tradit: & sic hoc in loco canemus receptui, etiam inuiti. Multò plura

plura enim in Clenardum adnotauissemus, nisi id vnum nobis accidisset, quod sine lacrymis meminisse non possumus. Quum enim studioso cuique, & lingua potissimum Græcè candidato, hasce minutias rudiorib. adhuc ingeniis, tenuique lacte alendis, non omnino inutiles scriberem, allata mihi ab amico epistola, quæ stylum meum, studiorumq; meorum impetū summopere repressit: quippe quæ me ( quanto meo dolore non dico) obitus materni certiore fecit. Et quia homo sum, nihilq; à me humani alienū putavi vt sunt hominum mores, humani affectibus permotus, ego perlecta epistola, illicò, & chartas & calamos abieci, obortis lacrymis. Per funestā lugubremq; eiusmodi epistola, ab amicis alijs superstiribus deuocabar ab pollincturā ac procurationē funeris materni, cui officio abnuere impium omnino putandum fuisset. Ceterum mihi dolet nō parum, quod opus, nec satis absolutum, eliminatum fatis, emittere habeam necesse: impulsus præterea etiam à bibliopola, qui quotidianis conuicijs efflagitat, vt macto animo pergā edere fetū vel immaturum. Quod profectò feci intrepidè, sed ea proclinitate animi ad literas bonas tum excitandas, tum fouendas, qua propensus iam multos annos in studiosos quo sq; fui, & fore in animo est. Et quum illa inoleuerit consuetudo, vt pleriq; omnes libros suos, vel magnatibus quibusdā, vel proceribus ciuita-

civitatis cuiuspiam, vel columinibus quoque  
rerum publicarum, regibus, imperatoribus  
nuncupent: ego quidem certè η κενοδοξίας aucu-  
pandæ minimè cupidus, obuio cuique,  
mihi certè beneuolo iustum meum  
dedico opusculum, modò ne-  
minerit ille benè viuere,  
& latari.



Ρ' ΕΝΑΤΟΤ ΓΛΩΝΙ' ΟΥ Ε' ΠΙ-  
γραμμα εἰς Βαθέον, καὶ Βεδαίον  
προμημονεύματα.

Ε' λλισμὸς μᾶλις ὅπερι χων αὐτὰ Κελτεῖς.  
Οἱ μιαστινὰ μελάωσαν, ἐπειδὲν ετο φωτὸς ἴστρες.  
Οἱ φέσων τύτων ὅπλοσέα καὶ ἄπορσοι.  
Αὐτὰρ οἱ Βεδαιοὶ καὶ μιὰ ὀπακύριος ἥλθεν.  
Ηὗτε κοισκόμενος μεράθρου χ' ἀτ' ἐνήχυτος ἥρτιος.  
Βισκονθεῖς γάκιν τε γαῖαν γένεται τίθησι.

